

1
SPHAERA
MVNDI

Per Ioannem a Sacro Bryto.



Venetis Octavianus Scotus 1492

Ine 810



Nouicijs adoleſcētibus: ad aſtronicā rēp. capeſſendā aditū ipetrātibus: p breui
reſtoq; tramite a uulgari ueſtigio ſemoto: loānis de ſacro buſto ſpharicū opus
culū una cū additōibus nōnullis ſraA ſparſim ubi iterſertæ ſint ſignatis: Cōtra
q; cremonēſia i plane tarę theoricas deſyramenta loānis de mōteregio diſputa
tōes tā acuratif. q; utilif: Nec nō Georgii purbachii: i eorū dē motus planetarę ac
curatif. theorica: dicatū opus: utili ſerie cōtextū: fauſto ſidere i choat.



Ractatum de ſphæra q̄tuor capitulis diſtinguimus:
Dicturi primo cōpoſitionē ſphæarę qd ſit ſphæra:
qd eius centz: qd axis ſphæarę: qd ſit polus mundi:
quot ſt ſphæra: & q̄ ſit forma mūdi. In ſcdo de cir
culis ex qbus ſphæra materialis cōponit & illa ſup
cæleſtis q̄ p iſtā imaginat cōponi itelligit. In tertio
de ortu & occaſu ſignoz: & de diuerſitate diez &
noctiū: quæ ſit habitantibus in diuerſis locis: & de
diuiſione climatum. In quarto de circulis & moti
bus planætarum: & de cauſis eclipſium.

DE diſſōe ſphæarę & de qbusdā p̄cipiis ſuppone
dis & ſphæarę cōpōne & cōmoditate Capi. primū.



On eſt i ptate nra cælos ſurſū adire: circulos & gradus eoz: uifu cerne
re: eoſq; reuoluere undecūq; & quādo placuerit. q̄ p̄terita i illis ſunt:
haud hō pōt itueri: nec hois ætas ſufficeret expeſtare q̄ futura ſūt: &
q̄ p̄ſetia ſiūt dū uiuit hō cūcta nemo uidere pōt. Nūc alibi dies ē: alibi
nox: uni ſol oriſ uel ſtella q̄dā: alteri occidit: nec oibus i eē locis q̄ ſimul pōt. aliq;
bus ſphæra ſe dem̄rat rectā: aliqbus obliq̄ multipharie. Quas ob res bonū & cō
modū eſt artificialē ſphærā h̄re: q̄ manibus ad libitū uolui: & ſcđm cōem ſitū &
ptē cōſpici poſſit: & oēs eius gradus & circulos p̄cipi ſaltē oportuni: q̄ mediante
ueluti exēplo p̄ſetia p̄terita & futura & c. q̄ naturalis ſūt ſphæarę cæli facile itelli
gere ualecūs. Ad mēoriā igi cōuertamus ea q̄ de circulis & p̄ctis dicūſ atq; zo
diaco i ſcdo ca. huius: & ad ſimilitudinē decimæ: nonæ uel octauæ ſphæarę: ſiſ
fabricatus: p̄rio ut moris ē ex circioliſ ex ſubtili metallo uel ligno idoneo i ſua
rotūdinate & ſitibus bene æquādo & firmādo duos circulos magnos ſe ortho
gonalſ ſecātes ſup p̄ctā q̄ poloꝝ ſūt. Atq; circulū aliū p̄ æqnoctiali ab ipſis po
lis æqdiſtātē. Siſ & duos tropicos: & duos circulos arcticū & antarcticū i ſuis ſi
tibo. Atq; zonā zodiaci biptitā p̄ eclipticā & i. xii. ſigna q̄ gradibo i ecliptica ſigna
tis & ſuis noībo ſcđm ordinē ſint iſignita: & unāquāq; q̄ rta æqnoctialis a coluro
icoluz i gradus. xc. ſepabimus. Sitq; q̄ rta zodiaci ſiſ p̄tita: ita ut colurus unus
trāſeat p̄ duo ſolſtitia & polos zodiaci: alter p̄ duo p̄ctā æqnoctii. His. viii. circu
lis benefirmatis & ſuis noībo & gradibo diſſictis: ſciſq; duobo rotūdis ſoramibo
i duobo locis diametralſ oppoſitis: ubi duo circuli coluri ſe ſecāt: ſint uere p̄ctā
poloꝝ ipius ſphæarę: axē rotūdā ex ferro rectiſſimā p̄ illa duxerimus ex utraq;




parte eminentē: circa quam sphaera ualeat circūuolui. Extrinsicus ex parte poli
sphaera australi manubriū ligneū circa axē firmemus: ut sphaera artificii ma-
nu teneri cōmodius possit. Sed prius sphaerulā ligneā firmiter circa axē uere in
medio sphaerae statuemus quā nobis molē terrae representet: sup cuius superficie
quorū plagas caeli plagis relatiuas: uel duodecim zonas pprie in ea praesignabimus:
quae septē climata & quorū habitabiles zonas denotēt: & reliqs silf extremas ut i
secūdo capitulo huius exponit cū suis noibus: signādo i eadē circulū lōgitudina
lē & latitudinalē si rē cōpletiorē hñe uolumus. Et totū quod est hemisphaeriū
est ex pte oppositi climatū & duas extremas zonas eius atq; residuū illius meri
dionalis quae torridae zonae adhæret ex uiridi colore pigemus ut p ipsū aqs ma
ris oceani ambiētis totā habitabilē terrā itelligamus. Præterea opus ē tres ali
os circulos uolubiles circa sphaerā exterius p maiori cōmoditate ordinare: sed
primos duos eorū unū fere alterq; cōtingēt q; circa sphaerā & axē circūduci ipsis
firmiter retētis possit. Et eorū unus p circulo meridiano habeat: & pprie exte
rior cuius unaquaeq; medietas: præcise quae est a polo i polū: i cetū & octuaginta
gradus diuisa sit & suas fractōes. Alter uero silf qui p horizōte recto signet. Et
huic circulo tertiuū circulū iteriorē debito cōiūgemus igenio p duos axiculos in
foraminibus eorū factis circa pūcta duo opposita æque remota a polis reuolu
tionis sphaerae: quod est p̄cise i directo circuli ægnoctialis sphaerae: ut circa istos
duos axiculos ipse circulus tertius alio retēto circa sphaerā duci possit ab uno po
lo sphaerae ad aliū. Et nō faciemus axiculos eminentes ne motū hūc ipediant nec
motū meridiani. Signabimus quoq; hūc circulū p horizōte obliquo: quē sicut
& alios i gradus diuidemus. Itaq; structa erit artificialis sphaera: ut cōiter in usu
hñ ex circulis materialibus scā. Et quādo hñe uoluerimus horizōtē rectū uel ob
liquū i sphaera debite ordiatū: faciamus illū horizōtē firmiter teneri talī q; nul
la ps circūferētiæ ipsius sit altera altior. Nā tūc erit uere æqdistantis superficie ueri
horizōtis. & bonū erit: licet nō sit necessariū: q; ps septētrionalis sphaerae sit uer
sus septētrionē: & meridionalis uersus meridiē: cū hoc q; ps huius sphaerae oriē
talis sit uersus oriēs: & occidentalis uersus occidēs. Et cōuenit cū hoc ut meridia
nus circulus erigat ita ut tā ps eius q; idicat meridiē: q; ifima q; denotat āgūlū no
ctis distet ab oriēte horizōtis & occidēte eiusdē æqlī oīno qa p qrtā pte ægno
ctialis siue p gradus nonaginta. Et sic hēmus locū zenith i sūmo meridiani: æqdi
stātū undiq; ab ipso horizōte. Et eius nadir i imo ipsius. Et si hñe uoluerimus alti
tudinē poli sup horizōtē obliquū ad latitudinē alicuius loci terrae: ut gfa exēpli
ad ciuitatē cuius latitudo fuerit nota: primo firmabimus horizōtē obliquū &
meridianū unūquēq; i suo situ ut dictū ē: teneriq; fortiter faciemus ipsū horizō
tē: & tūc uoluamus sphaerā nō sup suos polos ab oriēte i occidēs neq; ecōuerso:
sed a septētrione suo i austrū sup axiculos i horizōte statutos: eleuādo polū suū
septētrionalē si latitudo ciuitatis ē septētrionalis: uel polū australē si latitudo illa
ē australis p̄cise p totidē gradus meridiani statutos distātes ab ipso horizōte obli
quo: quot silf gradus uel mīuta latitudis illius ciuitatis: & i hoc statu meridianū

3

etiā fortiter teneri faciemus & hēbimus sphaerā obliquā & horizontem & meri-
 dianū ad illā ciuitatē pportōales: & stātibus horizontē & meridiano poterimus
 sphaerā uoluere & reuoluere suos polos intra dictos duos circulos: & similitudi-
 nariē intelligere motū primi mobilis & ortū & occasū & reliq̄: ut in sphaera cæli
 post dicēda: & diās tēporū & dieꝝ & noctiū & umbræ uarietates & reliq̄ mo-
 bilis primi q̄ cōtingere solent & cōsiderare uoluerimus. Sed si optauerimus hęc
 sphaerā p quā motū nonæ & nonæ sphaeræ intelligere possimus: faciemus ergo
 sphaerā cōem ex suis circulis ut dictū est: & aliā minore: q̄ intra illā ualeat cōtineri
 & circūuolui possit ut Purbachius dixit q̄ ex tribus tātū circulis itegref: quoniā
 ipsi i pposito sātisfaciūt: quoz duo orthogonalē se secāt i duobꝫ pūctis uere dia-
 metralē oppositis ubi statuemus esse polos suos p axē penetratē q̄ extra sphaerā
 hāc parūper & æqlē emineat ad q̄titate semidigiti: i cuius medio si terrā intellige-
 re uoluerimus sphaerulā firmabimus i ipa axe & tūc nō egemus axe prius scā q̄
 p polos mūdi tēdebat: sed loco poloz mūdi quos prius extremitates axis effici-
 ebāt: iprimant i sphaera exteriore prius scā firmissime sup ipsū erecti duo clau-
 culi æqles atq; rotūdi: circa quos circulus meridianus & horizontē rectus silf scūs
 & iūctus horizonti obliquo ut prius demonstratū ē circūduci ualeat atq; ipō stāte
 sphaera circūuoluit. Tertius uero circulus sphaeræ iclusæ sit circulus latior pro
 zodiaco cōstitutus iduodeci signa & gradus silf ut alter exterior zodiacus pri-
 tus est: sed hūc firmabimus secatē p mediū alios duos q̄ coluri uocant secūdu se
 totū æqlē remotū a duobus polis sphaeræ ipsius. Et ista sphaera ex tribus circulis
 structa representabit nobis sphaerā nonā cū suo zodiaco & polis suis & aliis circū-
 stātis. Quæ in decimæ sphaeræ polis zodiaci ita sigat ut extremitates axis q̄ scē
 sūt loco poloz eius circūuolui possint. Item silf & aliā minore ex totidē circulis
 eodē mō quo scā iā dcā dispositā cōficiēs: q̄ nobis octauā sphaerā representabit. Cu-
 ius duo pūcta diametralē opposita. s. capita arietis & libræ nonæ i circūferentia
 puoz circuloꝝ: quoz cētra sūt caput arietis & libræ nonæ sphaeræ circūuoluū-
 tur. Sed oportet prius q̄ una i altera icludat & cludat q̄ duo circuli parui scūsī
 xiq; circa caput arietis & libræ nonæ sphaeræ iterius cū igenio habili sint æqni-
 miter p totā periferiā eorūdcōncauati: ita ut pūcta illa capitū. s. arietis & libræ
 octauæ sphaeræ clauiculos i se firmatos eminentes habētia p ipas cōcauitates pos-
 sint circūduci manibus semp ex oppositis partibus sphaeræ nonæ locati: & tali
 mēsurā q̄ nec ab ipsis meatibus nimis strigat nec ita q̄ facile egrediat. Nā statu-
 to zodiaco unius sub zodiaco alterius poterimus æq̄ uelocitate ipellere hęc pū-
 cta octauæ sphaeræ de q̄rta i q̄rta sui circuli eo mō quo moueri intelligit i capitu-
 lo ultimo octauæ sphaeræ Georgii purbachii. Et cū hoc uoluemus sphaerā ipsā
 iteriore sup axē de q̄rta in q̄rta æq̄ pportōalē ut ibi ferebat: & apparebit sectio
 duoz zodiacoz & q̄ signa efficiunt septētrionalia & q̄ meridionalia & quō di-
 stāt & quō redeūt ad statū primū & reliq̄. Si quoꝝ sphaerā struere uoluerimus
 cū stellis fixis ut eaz ortus & occasus & mediū cæli atq; figuras pcipe ualeamus
 sphaerā materialē solidā cōponemus in cuius superficie circulos signabimus ali-

quos manifestos ut circulū æquociale & eclipticā & circulos parallelos eclipticæ
 duos: quælibet p sex gradus ut zodiaca zona hébat i q̄ distinguamus signa duode-
 cim. Itē signabimus tropicos & circulos arcticū & antarcticū & sex circulos co-
 luros trāsētes p pūcta. xii. signoz̄ zodiaci & polos eius: reliquos uero circulos
 palellos eclipticæ leuissime describemus: & sili q̄ trāsēūt p polos zodiaci & p oēs
 gradus zodiaci. ut feres̄ i ca. sc̄do huius: p quos lōgitudies & latitudies stellarū si-

zari signare uale-
 amus. Nā cū hū-
 erimus tabulā
 uerificatā ad tps̄
 nrm̄ i ipā sphæ-
 ra situare stellas
 poterimus hoc
 mō. quoniā sili
 stella lōgitudis
 graduū. i. & lati-
 tudis. xliiii. gra-
 duū: ubi in ipā
 sphæra colurus
 lōgitudis. i. gra-
 dus: secat palel-
 lū septētrionalē si
 latitudo stellæ ē
 septētrionalis uel
 australē si australis:
 signabimus stellā
 illā: quā in
 forma uel colore
 uel q̄titate disti-
 nguimus: ut i
 quo ordine sit i-
 telligat̄ & reliqs̄
 mō cōsili. Hori-
 zōtē uero rectū
 & obliquū atq̄
 mēidianū & axē
 sine corpe terre
 huic sp̄æ solide
 adaptabim̄: uti
 in spā p̄cedēti q̄
 ex circulis octo
 erat cōposita.





Diffō sphæra & de quibusdā principiis geometricis supponēdis.
 Sphæra igr ab Euclide sic describit. Sphæra ē trāitus circūferētiæ dimi
 dii circuli quoties fixa diametro quotiesq; ad locū suū redeat: circū duct
 .i. Sphæra ē tale rotūdū & solidū qđ describit ab arcu semicirculi circū
 ducto. Sphæra ēta Theodosio sic describit. Sphæra ē solidū qđdā una

supficie cōtētū ī cuius medio pūctus ē: a quo oēs lineæ ductæ
 ad circūferētiā sūt æq̄les. Et ille pūctus dīr cētꝝ sphærae. Linea
 uero recta trāsiēs p cētꝝ sphærae applicās extremitates suas ad
 circūferētiā ex utraq; parte dicitur axis sphærae. Duo qui
 dem pūctā axem terminantia dicuntur poli mundi.

DE quibusdā principiis geometricis supponēdis q̄ sūt addita.
 I n primis qđē uident supponēda & itelligenda ab eis q̄ nesciūt
 geometricā disciplinā qbus dicēda leuius capere possint: & sūt
 q̄ iā subscribimus & pximioribus nouitiōꝝ grā addidimus.
 P unctus in re quanta: est quid indiuisibile: uel cuius non est ali
 qua pars quæ uisu percipiatur.

L inea ē latitudo sine latitudine & profunditate: cuius extre
 ma sūt duo pūctā si finita intelligatur.

L inea recta: est breuissima extensio ab uno extremo ad
 aliud.

L inea uero recta est quæ inter extrema curuatur.

S uperficies est longitudo cum latitudine / profunditate ca
 rens quæ linea uel lineis terminatur.

S uperficies plana est quæ tam secundum longitudinem
 q̄ secundum latitudinem breuissime extenditur.

N on plana est quæ concauitatem uel conuexitatem ali
 quam habet.

A ngulus est duarum linearum contactus applicatione non
 directā.

A ngulus rectilineus est: qui fit ex duabus rectis lineis. An
 gulus non recti lineus est cum altera linearū est non recta.



Cū linea recta sup̄ rectā lineam occurrerit & cāterit ex utraq; parte duos angulos æquales quelibet eaz; dicitur perpendicularis super alteram atq; quilibet illorum angulorum rectus denominatur.

Itē quāq; angulus uni istoz; similis & æqlis fuerit; rectus erit. quāobré oēs anguli rectilinei recto æquāl.

Si uero linea recta rectæ lineæ occurrés causet ex lateribus angulos duos inæqles: quilibet illaz; lineaz; dicitur obliq; uel inclinata sup̄ alterā: & angulus maior uocatur obtusus & minor acutus: quare omnis angulus rectilineus maior angulo recto obtusus existit: & omnis minor recto acutus.

Corpus est quod longitudinem & latitudinem & profunditatē cōtinet. Figura est quæ termino uel terminis claudit. Nihil figuratur nisi superficies uel corpus.

Duæ lineæ rectæ non claudunt superficiem: ideo figuram non formant.



Duæ superficies rectæ silf corpus nō diffiniūt neq; figurā si sint duæ lineæ uel superficies rectæ & ex utraq; pte, p ductæ quæ nunq̄ cōcurrāt: æq; distātes appellantur.

Aequidistantia duorum est quando omnes lineæ ab uno in aliud breuissimæ tensæ fuerunt æquales.

Circulus ē figura plana una linea cōtēta q̄ circūferentia uel periferia uocatur: in cuius medio pūctus est quæ centrum circuli dicitur a quo omnes recte lineæ usq; ad circūferentiam ductæ sunt æquales.

Linea uero recta q̄ trāsīt p̄ cētꝝ & applicat extremitates suas circūferentiæ: sp̄ diuidit circulū i duo media: ipsaq; appellat̄ diameter. Et quilibet illaz; partiū circuli semicirculus atq; portio media circuli dī.

Quod si recta linea circulū in duas partes secet inæqles ipsa chorda nominat̄ & pars circuli maior portio maior: & pars circuli minor portio minor: ps uero circūferentiæ quæcunq; fuerit arcus uocatur: portio igitur circuli ex arcu & chorda formatur.





Si duæ rectæ lineæ a cetro ad circūferentiā porrectæ sup ceterū angulū faciāt: partē circuli interclusā placuit nonnullis scindā circuli appellare. Aduertendū q̄ frequēter ē i usu ut circūferētia p circulo capiāt qd̄ artifices coiter obseruāt & ita cū libuerit obseruemus.

Si ex tribus lineis sup̄ficies claudat̄ fit figura trilatera q̄ etiā trigonus & triāgulus dī. Si ex q̄tuor q̄drilatera uel q̄dragonus: & ex q̄ncq̄ p̄tilatera uel pentagonus: & reliq̄ silī a numero laterū uel angulorū denominantur: habet. n. unaqueq̄ figura plana tot latera

quot angulos si fuerit habēs latera: quoniā circulus nō habet latera. Quod si cōstent oīa latera æqualia: erūt oēs anguli ipsius sibi iuicē æquales; quod ecouerso non semp̄ est p̄cipue in quadrilatero lōgo atq̄ rectāgulo. hic cōtinet oēs angulos æquos quoniā rectos: sed latera opposita tātū æq̄lia. Illa figura plana rectilinea dicenda est quæ undiq̄ rectis lineis perficitur.



Sphæra est in corporibus figura prima quæadmodū circulus in sup̄ficiebus. Sphæra secūdu theodosiū est figura corporea una sup̄ficie cōtēta: itra quā p̄ctus ē a quo omnes lineæ rectæ eductæ q̄ illi superficiēi occurrunt sunt inter se æquales: & ille punctus est centrum sphærae. Ex quo liquet sphæram esse corpus rotundū rotunditate perfecta apud geometros.

Linea recta q̄ tēdit p̄ ceterū sphærae & ex utraq̄ parte attingit sup̄ficiē eius nō est p̄prie dicenda diameter sphærae ut multi uocāt: eo q̄ licet penetret p̄ mediū sphærae ipsā p̄ mediū nō diuidit sed p̄prie uocat̄ menguar uel axis maxime si ipse fixa permanente circūuoluat sphærae. Duoq̄ puncta opposita in superficie sphærae axem terminātia poli dicuntur.

Omnis circulus qui sphæram secat in duo media diameter sphærae appellari mere-



Idolus

tur: & circulus magnus sphærae dicitur: & in eadem sphæra omnes circuli magni sunt æquales quoniā per centrū sphærae transeunt: quare omnes tales sunt concentrici: p̄terea omnes duo circuli magni in sphæra se per æqualia diuidūt.

Omnis circulus secans sphæram cuius sp̄ariferia per superficiē eius reuoluitur sector sphærae uocatur. Et quilibet talis habet axem propriam quæ per ceterū sphærae currit in qua centrum ipsius circuli semper insistat & puncta extrema eiusdē axis sunt poli circuli illius. Quod si ipse fuerit circulus magnus distabit ab eius circūferentiā poli p̄ æquale mensurā. Si uero minor unus eorū plus & aliter minus ab eadem & si semper unusquisq̄ ipsorum ab eadem equidistauerit.

Portio sphaerae est q̄ finit̄ a sectore & pte sup̄fici
 ciei sphaerae. Quae quando existit medietas
 sphaerae: portio media aut hemisphaeriu noia/
 tur. Sed si plus sit hemisphaerico: portio maior
 sphaerae. Et si minus: portio minor appellat̄:
 ueluti de portionibus circuli dictum fuit.


Quado duo semicirculi circuloꝝ maiorꝝ sphae/
 raecocurrunt sup̄ aliq̄ linea recta q̄ p̄ cetꝝ sphae/
 raepcedit formates angulu: ps sphaerae iterce
 pta quae ab illis duabus superficiebus & par/
 te superficiei sphaerae terminatur scinda sphae/
 ra a multis uocatur.

Circuli paralleli i sphaera dicunt̄ quoz eadem
 axisē: & unoquoꝝ orthogonalr̄ secta & idē
 sūt poli. Ideo ꝑ paralleli noiant̄: eo q̄ oēs duo
 ipoz a seiuicē aq̄lr̄ distāt. Pars deniqꝝ sup̄fi/
 ciei sphaerae iter quoscūꝝ duos eoz accepta
 zona p̄noiat̄. Circulus i sphaera iclinatus sup̄
 aliū dir̄ cū nō fuerit ei aq̄distās aut eū secuerit
 ad angulos iaeq̄les. Cū p̄iferiā duoz circulo/
 rū aq̄les uel iaeq̄les in superficie sphaerae talr̄ se
 secēt q̄ circa p̄ictū cois sectiōis oēs q̄tuor an/
 guli causent̄ aq̄les: qd̄ nō nisi ex circulis ma/
 gnis fieri cōtingit: aut ex una pte duo collaterales tātū
 atꝑ reliq̄ duo ex altera aq̄les facti sunt: quod accidere
 nō solet nisi ex iaeq̄libus p̄iferiis: tūc illi duo circuli se
 orthogonalr̄ secare dicunt̄. Ete cōuerso si sint circūfe/
 rētiā uel circuli i sphaera orthogonalr̄ se secātes: opor/
 ter angulos fieri aq̄les quos diximus. Et noiantur ipi
 anguli q̄tuor anguli recti sphaerales: cū oēs sibi inuicē
 pares fuerit. Sed si solū anguli cōtrapositi ueniant aq̄/
 litatē h̄re uel nullus alteri aq̄uef: ipi circuli & eoz p̄/
 ferie obliq̄ se secāt atꝑ declinat̄ abiuicē. Præterea oēs
 circūferētiā circuli siue magni siue parui i sphaera itelligit̄ diuidi i aq̄s ptes ter/
 cet̄as sexagita: & ql̄ibet eaz uocat̄ gradus unus. Quare cū diameter circuli sit se
 re tertia ps lōgitudinis circūferētiā q̄ nō curauerūt de re p̄cise statuerūt ipsā dia/
 metru eē cetū & uiginti gradu. Itē ois gradus i .lx. ptes aq̄les separat̄ & unaqꝝ mi/
 nutū dicit̄: oē ꝑ minutū i .lx. partes silr̄ diuidit̄: q̄z ql̄ibet est unū secundū. Itaqꝝ
 deiceps diuidēdo semp̄ p .lx. oē secūdū in tertia: & oē tertiū in q̄rta: & oē q̄rtū in
 q̄nta: & oē q̄ntū in sexta & reliq̄. Ex qbus patet nō oēs gradus eē aq̄les sed solū q̄
 sunt unius uel aq̄liū circuloꝝ: & maiorꝝ maiores: minorūꝝ minores existere.





Pyramis



trilatera

quadri latera



Orbis plerūq; p sphaera accipit & ecōuerso: unde frequēter terra q̄ sphaerica est p orbē significat ut orbis terrarū. **V**erē & si sit ois orbis sphaera: nō tamē ois sphaera est orbis. Orbis. nē sphaera q̄ duabus terminat sup̄ficiebus cōuexa. s. exteriore q̄ sphaeræ est necessaria: & altera iteriore & cōcaua. Quod si sint ipse duæ sup̄ficies cōcetricæ habetes. s. unū centrū erit ipse orbis uniformis & æq̄ sp̄ilitudinis. Sed si earū sint duo centra orbis difformis reperitur in parte grossior & in parte gracilior.

Annulus est quandoq; ueluti ex orbe resectus. Est enī corpus rotundum centrum: habens concuamq; & conuexam superficiem: ex quibus aliquādo fit una: tunc enim annulus superficie comprehenditur.

Sunt & aliæ figuræ corporeæ & regulares: & earum q̄ cōuexum habent est pyramis rotunda atque columna.

Imaginatus est euclides q̄ sphaera causetur ex reuolutione semicirculi super chordam suam firmiter permanentis donec reuertitur ad locum a quo cæpit circūduci.

Similiter si triangulus rectilineus circūducitur completa reuolutione stante uno ex lateribus conus siue pyramis figuratur rotunda: quæ sup̄ficiæ conuexa ad cuspidem terminata: & circulo q̄ eiusdem basis dicitur complectitur. de qua re secta cuspidē residuum curta pyramis denominatur.

Pariformiter quadrangulo rectangulo circulato formatur columna rotunda uno ex lateribus longioribus permanente.


Timpanum uero fixo manente latere breuiore: hocque modo si circumferatur alia figura plana corpus ut intorno artifices faciunt fieri contingit.

Sunt & figuræ corporeæ quæ rectis tantum sup̄ficiebus fiunt: & earum non est numerus. Vltimus ex quibus est Pyramis triangularis quæ quatuor triāgulis clauditur. Et quæ ex quatuor & una quadrangulāri base uel ex quinque triāgulis & base pentagona & eiusmodi.

Item & columna laterata: ut ex duobus triāgulis & tribus quadrilateris quæ uocari solet corpus seratile uel ex sex quadrilateris sup̄ficiebus quæ eū fuerint æqualia atque quadrata reddunt corpus eubum. Est enim quadratum figura superficialis æqualium quatuor laterum & quatuor rectorum angulorum.

Diuisio sphaerae secundum substantiam,

Sphaera aut dupliciter diuidit: secundum substantiam & secundum accidens. Secundum substantiam. A. in sphaeras decem Sphaera decima: quae primus motus siue primum mobile dicitur: & in sphaera nona quae secundum mobile nominatur: contraria tamen his uerba docent auctoris ista: in sphaeras noue scilicet sphaeram nonam quae primus motus: siue primum mobile dicitur. & in sphaera stellae fixae quae firmamentum nuncupatur: & in septem sphaeras septem planetarum. Quarum quaedam sunt maiores quaedam minores secundum quod plus uel minus accedunt uel recedunt a firmamento. Unde inter illas sphaera Saturni maxima est. Sphaera uero lunae minima prout in sequenti figuracione continetur.



Diuisio secundum accidens sphaerae.

Secundum accidens autem diuiditur in sphaeram rectam & obliquam. Illi enim dicuntur habere sphaeram rectam: qui manent sub aequinoctiali: si aliquis ibi manere possit. Et dicitur recta quoniam neuter polorum magis altero illis eleuatur. Vel quoniam illorum horizon interfecat aequinoctialem & interfecatur ab eodem ad angulos rectos sphaerales.



Quod autem caelum uoluat ab oriente in occidentem signum est. Stellae quae oriuntur in oriente: semper
 eleuant paulatim & successive quousque in medium caeli ueniunt: & sunt semper in eadem propinquitate
 & remotioe adiuuic: & ita semper se habentes tederunt in occasum continue & uniformiter. Est & aliud signum. Stellae quae sunt iuxta polum arcticum: quae
 nobis nunquam occidunt: mouentur continue & uniformiter circa
 polum describendo circulos suos: & semper sunt inaequali distantia
 adiuuic & propinquitate. Unde per istos duos motus continue
 os stellarum tamen tederunt ad occasum quod non patet quod firmamentum
 tum mouet ab oriente in occidentem. DE caeli rotunditate.




Quod autem sit caelum rotundum: triplex est ratio: similitudo: comodi-
 tas: & necessitas. Similitudo. n. quoniam mundus sensibilis scilicet est ad similitudinem mundi ar-
 chetypici: in quo non est principium neque finis. Unde ad huius similitudinem mundus sensibilis
 habet formam rotundam: in qua non est assignare principium neque finem. Commoditas: quia omnium cor-
 porum hypometrorum sphaera maxima est: omnium est forma rotunda est capacissima:
 quoniam igitur maximam & rotundum: id est capacissimum: unde cum mundus omnia contineat: ta-
 lis forma fuit illi utilis & comoda. Necessitas: quoniam si mu-
 dus esset alterius formae quam rotundae. scilicet trilatae uel quadrilate-
 rae uel multilaterae sequerentur duo impossibilia. scilicet quod aliquis locus
 esset uacuus: & corpus sine loco: quorum utrumque falsum est: sicut
 patet in angulis eleuatis & circulo uolutis. Item sicut dicit Alfraganus
 si caelum esset planum: aliquid per caeli esset nobis propinquior alia:
 illa. scilicet quae esset supra caput nostrum: igitur stella ibi existens esset nobis pro-
 pinquior quam existens in ortu uel occasu: sed quae nobis propinquo-
 ra sunt maiora uidentur. ergo sol uel alia stella existens in medio caeli maior uideri de-
 beret quam existens in ortu uel occasu: cuius contrarium uidemus contingere. Maior. n. appa-
 ret sol uel alia stella existens in oriente uel occidente quam in medio caeli: sed cum rei ueritas
 ita non sit: huius apparentiae causa est: quod in tempore hyemali uel pluuiali quidam uapores ascendant
 inter aspectum nostrum & solis uel alia stellarum & cum illi uapores sint corpus diaphanum dif-
 gregant radios nostros uisuales: ita
 quod non comprehendant rem in sua natu-
 rali & uera quantitate: sicut patet de
 denario piecto infuso in aqua lymp-
 dae quae per similem digregationem ra-
 diorum appet maioris quam suae uerae
 quantitatis. Quod terra sit rotunda.



Quod etiam terra sit rotunda sic patet. Signa & stellae non aequaliter oriuntur & occidunt omnibus
 hominibus ubique existentibus: sed prius oriuntur & occidunt illis qui sunt uersus occidentem
 uel uersus orientem. & quod citius & tardius oriuntur & occidunt quibusdam: causa est tumor ter-
 rae: quod bene patet per ea quae sunt in sublimi. Vna. n. & eadem eclipsis lunae numero quam
 apparet nobis in prima hora noctis: apparet orientalibus circa horam noctis tertiam.
 Unde constat quod prius fuit illis nox & sol prius eis occidit quam nobis. Cuius rei causa est
 tantum tumor terrae: quod terra est hec turorositate a septentrione in austrum: & contra sic pa-
 ret. Existentibus uersus septentrionem quidam stellae sunt septentrinae apparetis: scilicet quae propinque acce-



dūt ad poli arcticū. Alia uero sūt sepiternæ occultatōis sicut illa q̄ sūt p̄pinq̄ polo arctico. si igr̄ aliq̄s p̄cederet a septētrione uersus austrū: itātū posset p̄cedere: q̄ stellæ q̄ prius erāt ei sepiternæ appitōis: ei iā tēderet i occāsum: & q̄to magis accederet ad austrū: tanto plus mouerēt i occasū. Ille itēz idē hō iā posset uidere stellās q̄ prius fuerant ei sepiternæ occultatōis. Et ecōuerso cōtigeret alicui p̄cedēti: ab austro uersus septētrionē. huius aut̄ rei cā ē tātū tūor terre. Itē si terra eēt plana ab oriēte i occidētē: tā cito orirēt stellæ occidēta lib̄ q̄ oriētalib̄: qd̄ patet eē falsū. Itē si terra eēt plana a septētrione i austrū & ecōtra: stellæ quæ essent alicui sepiternæ appitōis: sp̄pperēt ei quocūq̄ p̄cederet: qd̄ falsū ē. Sed q̄ plana sit p̄ nimia eius q̄titate hoīum uisui apparet.



Quod aqua sit rotūda.

Quod at̄ aq̄ hēat tūorē & accedat ad rotūditatē sic patet. Pōat signū i littore maris & exeat nauis a portu: & itātū elōgef̄ q̄ oculus existēs iuxta pedē mali nō posset uidere signū. Stāte uero nauis oculus eiusdē existētis i sūmitate mali. bene uidebit signū illud. Sed oculus existētis iuxta pedē mali me



lius d̄beft uidere signū q̄ q̄ ē i sūmitate: sicut patet p̄ lineas ab utroq̄ ad signū: & nulla alia huius rei cā ē q̄ tūoraq̄. Excludat̄. n. oīa alia ipe

dimēta: sicut nebulæ & uapores ascēdētes. Itē cū aq̄ sit corp̄ hōgeneū: totū cū p̄tib̄ eiusdē erit rōis: sed p̄tes aq̄: sicut i guttulis & rorib̄ herbarū accidit: rotūda natural̄ sp̄pperēt formā: ergo & totū cuius sūt p̄tes. Quod terra sit centzē mūdi. Quod at̄ terra sit i medio firmamēti sita sic patet. Existētib̄ i sūficie terræ stellæ apparēt eiusdē q̄tatis siue sint i medio cæli: siue iuxta ortū: siue iuxta occasū: & hoc quia terra eq̄lī distat ab eis. Si. n. terra magis accederet ad firmamētū i tūa p̄te q̄ i n̄ alia: aliq̄s existēs i illa p̄te sūficie i terræ q̄ magis accederet ad firmamētū nō uideret cæli medietatē: sed hoc ē cōtra Ptolæmē & oēs phōs dicentes q̄

ubicūq; existat homo sex signa oriuntur ei: & sex occidūt: & medietas cæli semper apparet ei: medietas uero occultatur. Illud itē est signū q; terra sit tanq; centrū & pūctus respectu firmamēti: quia si terra esset alicuius q̄tatis respectu firmamenti: nō cōtingeret medietatē cæli uideri. Itē si itelligat sup̄ficies plana sup̄ centz; terræ diuidēs eā in duo æq̄lia: & p̄ cōsequēs ipsū firmamentū: oculus igit̄ existēs i cētro terræ uideret medietatē firmamēti. Idēq; existēs in sup̄ficie terræ uideret eādē medietatē. Ex hīs colligit̄ q; insēnsibilis ē q̄titas terræ q̄ ē a sup̄ficie ad cētz;: & p̄ cōsequēs q̄titas totius terræ insēnsibilis ē respectu firmamēti. Dicit etiā Alfraganus q; minima stellaz; fixaz; uisu notabiliū maior est tota terra: sed ipsa stella respectu firmamēti est q̄si pūctus: multo igit̄ fortius terra cū sit minor ea.

DE immobilitate terræ.

Quod autē terra in medio omniū imobilitē teneat: cū sit summe grauis: sic persuadere uidef̄ esse eius grauitas. Omne enim graue tendit naturaliter ad centz;. Centz; quidē pūctus est in medio firmamēti: terra igit̄ cū sit summe grauis: ad punctū illū naturaliter tendit. Item quicquid a medio mouet̄ uersus circūferentiā cæli ascēdit: terra a medio mouet̄ ergo ascendit: quod p̄ ip̄sibili relinquit̄.

DE quantitate absoluta terræ.

Totius autē terræ ambitus auctoritate Ambrosii Theodosii Macrobi & Euristēnis philosophoz;: ducenta & .lii. milia stadia cōtinere diffinit̄. Vnicuiq; quidem ccclx. partiū zodiaci septingenta deputando stadia. Sumpto enim astrolabio in stellatā noctis claritate per utrūq; medicliniū. foramen polo perspecto notetur graduū multitudo in qua steterit medicliniū: deinde p̄cedat cosmimetra directe cōtra septentrionem a meridie donec in alterius noctis claritate uiso ut prius polo steterit altius uno gradu medicliniū: post hoc mensus sit huius itineris spatiū & inueniet̄ septingentoz; stadioz;: deinde datis unicumq; .ccclx. gradibus: tot stadiis terreni orbis ambitus inuentus erit. Ex his autē iuxta circuli & diametri regulā: terræ diameter sic iueniri poterit. Aufer uigesimalē secundā partem de circuitu terræ: & remanentis tertia pars: hoc est octingenta & .clxxi. stadia & semis & tertia unius stadii erit terreni orbis diameter siue spissitudo.

DE circulis. Ex quibus sphæra materialis cōponitur: & illa supercælestis quæ per istam imaginatur componi intelligitur. Capitulum secundum.



Orum autem circuloz;: quidam sunt maiores: quidam minores ut sensui patet. Maior enim circulus in sphæra dicitur qui descriptus in superficie sphære super eius centz; transiens diuidit sphæram in duo æqualia. Minor uero qui descriptus i superficie sphære eam non diuidit in duo æqualia: sed in portiones inæquales. Inter circulos uero maiores primo dicendum est de æquinoctiali.

li. Est igitur æquinoctialis circulus quidem diuidens sphæram in duo æqualia secundū quālibet sui partē æquidistans ab utroq; polo. Et dicit̄ æquinoctialis: quoniā quando sol transit̄ pillū: quod est bis in anno: in principio Arietis scilicet & in principio libræ: est æquinoctiū in uniuersa terra. Vnde etiā appellat̄ æquator

diei & noctis: quia adæq̃t diē artificialem nocti. Et dicitur cingulus primi motus. Vnde sciendum q̃ primus motus dicitur motus primi mobilis: hoc est nonæ sphæræ siue cæli ultimi qui est ab oriente per occidentē rediens iterum in orientem: qui etiā dicitur motus rationalis: ad similitudinē motus rōnis qui est in microcosmo. id est in hoīe. s. quādo fit cōsideratio a creatore per creaturas in creatore ibi sistendo. Secūdus motus firmamēti & planetarū contrarius huic est ab occidente per orientē itēz rediens in occidentē. qui motus dicitur irrōnalis siue sensualis: ad similitudinē motus microcosmi. qui est a corruptibilibus ad creatore itēz rediens ad corruptibilia. Dicitur ergo cingulus primi motus: quia cingit siue diuidit primū mobile: scilicet sphærā decimā nonā ī duo æqualia æquidistans a polis mūdi. Vnde notandū q̃ polus mūdi qui nobis semp̃ apparet: dicitur polus septentrionalis: arcticus: uel borealis. Septentrionalis dicitur a septentrione: hoc est minori ur̃sa: qui dicitur a septē & trion quod est bos: quia septē stellæ quæ sunt in ur̃sa tarde mouētur ad modū bouis: cū sint p̃pinq̃æ polo. Vel dicitur ille septē stellæ septentriones: quasi septē teriones: eo q̃ terūt partes circa polū. Arcticus quidē dicitur ab arctos quod est maior ur̃sa. Est. n. iuxta maiorem ur̃sam. Borealis uero dicitur: quia est in illa parte a qua uenit boreas. Polus uero oppositus dicitur antarcticus: quasi contra arcticū positus. Dicitur & meridionalis quia ex parte meridiei est. dicitur etiā australis: quia est ī illa parte a qua uenit auster. Ista igitur duo puncta in firmamento stabilia: dicuntur poli mundi: quia sphæræ axem termināt: & ad illos uoluitur mundus: quorum unus semper nobis apparet: reliquus uero semp̃ occultatur. Vnde Virgilius in primo georgicorū. Hic uertex nobis semp̃ sublimis: at illū Sub pedibus stix atra uident manesq̃ profundi.



iolem ur̃sam. Borealis uero dicitur: quia est in illa parte a qua uenit boreas. Polus uero oppositus dicitur antarcticus: quasi contra arcticū positus. Dicitur & meridionalis quia ex parte meridiei est. dicitur etiā australis: quia est ī illa parte a qua uenit auster. Ista igitur duo puncta in firmamento stabilia: dicuntur poli mundi: quia sphæræ axem termināt: & ad illos uoluitur mundus: quorum unus semper nobis apparet: reliquus uero semp̃ occultatur. Vnde Virgilius in primo georgicorū. Hic uertex nobis semp̃ sublimis: at illū Sub pedibus stix atra uident manesq̃ profundi.

DE zodiaco circulo.

Est alius circulus in sphæra qui interfecat æquinoctialem & interfecatur ab eodem in duas partes æquales: & una eius medietas declinat uersus septentrionē: alia uersus austrū. & dicitur iste circulus zodiacus a zoe quod est uita: quia secū dum motū planetarū sub illo est omnis uita in rebus inferioribus. Vel dicitur a zodion quod est animal: quia cū diuidat in .xii. partes æquales: quælibet pars appellatur signū: & nomen habet speciale a nomine alicuius animalis: propter proprietatē aliquā conuenientē tam ipsi q̃ animali. Vel propter dispositionē stellarū fixarū in illis partibus ad modū huiusmodi animalium. Iste uero circulus latine dicitur signifer: quia fert signa: uel quia diuiditur in ea. Ab Aristotele uero in libro de generatione & corruptione dicitur circulus obliquus ubi dicit q̃ secū


dum accessum & recessum solis in circulo obliquo fiunt generationes & corruptiones in rebus inferioribus. Nomina autem signorum. ordinatio & numerus in his patent uersibus. Sunt aries taurus gemini cancer leo uirgo. Libraque scorpius architenens caper amphora pisces. Quodlibet autem signum diuiditur in xxx. gradus. Vnde patet q̄ in toto zodiaco sunt. ccclx. gradus. Secundum autem astronomos iterum quilibet gradus diuiditur in. lx. minuta: quodlibet minutū i. lx. secūda: quodlibet secūdū i. lx. tertia: & sic deinceps usq; ad. x. & sicut diuiditur zodiacus ab astronomo: ita & quilibet circulus i sphaera: siue maior siue minor in partes consimiles. Cum omnis etiam circulus in sphaera preter zodiacū intelligatur sicut linea uel circūferentia: solus zodiacus itelligitur ut superficies habens in latitudine sua. xii. gradus. de cuiusmodi gradibus iam locuti sumus. Vnde patet q̄ quidam mentiuntur in astrologia dicētes signa esse quadrata: nisi abutentes nomine idem appellent quadratum & quadrangulum. Signū enim habet. xxx. gradus in longitudine. xii. uero in latitudine. Linea autem diuidens zodiacum in circuitu: ita q̄ ex una parte sui relinquat sex gradus: & ex alia parte alios: sex dicitur linea ecliptica: quoniam quando sol & luna sunt linealiter sub illa: contingit eclipsis solis aut lunæ. Solis: ut si fiat nouilunium & luna interponatur recte inter aspectus nostros & corpus solare. Lunæ: ut in plenilunio: quando sol lunæ opponitur diametraliter. Vnde eclipsis lunæ nihil aliud est: q̄ interpositio terræ inter corpus solis & lunæ. Sol quidem semper decurrit sub ecliptica: omnes alii planetæ declinant uel uersus septentrionem: uel uersus austrum: quandoque aut sunt sub ecliptica. Pars uero zodiaci quæ declinat ab æquinoctiali uersus septentrionem dicitur septentrionalis: uel borealis uel arctica. Et illa sex signa quæ sunt a principio arietis usque in finem uirginis dicuntur signa septentrionalia uel borealia. Alia pars zodiaci quæ declinat ab æquinoctiali uersus meridiem dicitur meridionalis uel australis uel antarctica. Et sex signa quæ sunt a principio libræ usque in finem piscium dicuntur meridionalia uel australia. Cum autem dicitur q̄ in ariete est sol uel in alio signo: sciendum q̄ hæc prepositio. in sumitur pro sub secundum q̄ nunc accipimus signum. In alia autem significatione dicitur signum pyramis quadrilatera: cuius basis est illa superficies quam appellamus signum: uertex uero eius est in centro terræ. Et secundum hoc proprie loquendo possumus dicere planetas esse in signis. Tertio mō dicitur signū ut itelligantur sex circuli trāsēutes sup polos zodiaci & p̄ p̄cipia. xii. signorum. Illi sex circuli diuidunt totā superficiē sphaeræ i. xii. ptes la-



polus

polus


tas in medio:artiores uero iuxta polos zodiaci:& qlibet pars talis dicitur signū & nomē habet lāspea noie illius signi quod itercipit inter suas duas lineas. Et secū dum hāc acceptione:stellæ quæ sunt iuxta polos dicuntur esse in signis. Itē intelligatur corpus quoddā:cuius basis sit signū:secundum q̄ nunc ultimo accepimus signū.acumen uero eius sit super axem zodiaci. Tale igitur corpus in quarta significatione dicitur signū. Secūndū quā acceptione totus mundus diuiditur in .xii. partes æquales quæ dicuntur signa:& sic quicquid est in mundo est in aliquo signo.



DE duobus coluris.

Sūt autem alii duo circuli maiores i sphaera qui dicuntur coluri:quorum officiu est distiguere solstitia & æquinoctia. Dicitur autē colurus a colō grece quod est membrū:&

uros quod ē bos siluester: quia quēadmodū cauda bouis siluestris erecta quæ est eius mēbrū facit semicirculū & nō perfectū:ita colurus semp̄ apparet nobis im̄fectus quoniā solū una eius medietas apparet: alia uero nobis occulta ē. Colurus igit distiguēs solstitia trāsīt p̄ polos mūdi:& polos zodiaci:& maximas solis declinatōes:hoc ē p̄ primos gradus cācri & capricorni. Vnde primus pūctus cācri ubi colurus iste itersecat zodiacū:dicitur pūctus solstitii æstiuales: quia quādo sol ē in eo:ē solstitiū æstiuale:& nō pōt sol magis accedere ad zenith capitis nr̄i. Est autē zenith pūctus in firmamētō directe suprapositus capitibus nr̄is. Arcus uero coluri qui itercipit inter pūctū solstitii æstiuales & æquinoctiale: appellat̄ maxima solis declinatio. Et ē secūndū Ptolæmeū .xxiii. graduū:& .li. minutoꝝ. Secūndū Almeonē uero .xxiii. graduū.& .xxxiii. minutoꝝ. Si primus pūctus capricorni:ubi idē colurus ex alia pte itersecat zodiacū dicitur pūctus solstitii h̄yemalis:& arcus coluri itersceptus inter pūctū illū & æquinoctiale dicitur alia maxima solis declinatio & ē æqlis priori. Alter quidē colurus trāsīt p̄ polos mūdi:& p̄



prima pūcta arietis & libræ.ubi sūt duo æquinoctia. unde appellat̄ colurus distiguēs æquinoctia. Isti autē duo coluri itersecat̄ sese sup̄ polos mūdi ad angulos rectos sphaerales. Signa quidē solstitioꝝ & æquinoctioꝝ patet̄ his uersibus. Hec

duo solstitia faciūt cācer capricornus, Sed noctes æquat aries & libra diebus.

DE meridiano & horizonte.


Sunt iteꝛ duo alii circuli maiores in sphæra, scilicet meridianus & horizon. Est aut̄ meridianus: circulus quidā trāsiens per polos mūdi: & per zenith capitis nostri. Et dicit̄ meridianus: quia ubicūq; sit homo: & in quocūq; tēpore anni quādo sol motu firmamenti puenit ad suū meridianū est illi meridies. Cōsimili ratione dicit̄ circulus mediæ diei. Et notādū q̄ ciuitates: quaz̄ una magis accedit ad oriētē q̄ alia: habēt diuersos meridianos. Arcus uero æquinoctialis iterceptus iter duos meridianos dicit̄ longitudo ciuitatū. Si aut̄ duæ ciuitates eūdem habeant meridianū tūc æqualiter distāt ab oriente & occidente. Horizon uero est circulus diuidens inferius hemisperiū a superiori. Vnde appellat̄ horizon. i. terminator uisus. Dicit̄ etiam horizon circulus hemisphærii. Est aut̄ duplex horizon: rectus & obliquus siue decliuus. Rectū horizonta, & sphæra rectā habēt illi quoz̄ zenith est in æquinoctiali: quia illoꝛ horizon est circulus trāsiens p̄ polos mūdi diuidens æquinoctiale ad angulos rectos sphærales: unde dicit̄ horizon rectus: & sphæra recta. Obliquū horizōta siue decliuē: habēt illi quibus polus mūdi eleuatur supra horizontē: quoniā illoꝛ horizon itersecat æquinoctialem ad angulos ipares & obliquos, unde dicit̄ horizon obliquus: & sphæra obliqua siue decliuus. Zenith aut̄ capitis nostri semper est polus horizontis. Vnde ex his patet q̄ quāta est eleuatio poli mūdi supra horizontē: tāta est distātia zenith ab æquinoctiali, quod sic patet. Cū in quolibet die naturali uterq; colurus bis iūgatur meridiano: siue idē sit quod meridianus: quicquid de uno pbatur & de reliquo. Sumatur igitur quarta pars coluri distinguētis solstitia quæ est ab æquinoctiali usq; ad polum mundi. Sumatur iteꝛ quarta pars eiusdem coluri quæ est a zenith usq; ad horizontē: cum zenith sit polus horizōtis. Istæ duæ q̄rtæ cū sint quartæ eiusdem circuli: iter se sunt æquales. Sed si ab æqualibus æqualia demantur uel idem cōmune: residua erūt æqualia. Dempto igitur communi arcu scilicet qui est iter zenith & polum mundi residua erunt æqualia scilicet eleuatio poli mundi supra horizontem: & distātia zenith ab æquinoctiali.



DE quatuor circulis minoribus.

Dicō de sex circulis maioribus dicendum est de quatuor minoribus. Notandum igitur q̄ sol existens in primo puncto cancri: siue in puncto solstitii æstiuus: raptu firmamenti describit quēdam circulū qui ultimo descriptus est a sole ex parte poli arctici. Vnde appellatur circulus solstitii æstiuus: ratione supe-

rius dicta: uel tropicus æstiuus a tropos quod est conuersio: quia tunc sol incipit se conuertere ad inferius hemisphæriū & recedere a nobis. Sol itez existens in primo puncto capricorni siue solstitii hyemalis: raptu firmamenti describit quēdā circulū qui ultimo describitur a sole ex parte poli antarctici. Vnde appellatur circulus solstitii hyemalis siue tropicus hyemalis: quia tunc sol conuertitur ad nos. Cum aut zodiacus declinet ab æquinoctiali: & polus zodiaci declinet a polo mundi. Cum igitur moueatur octaua sphaera: & zodiacus qui est pars octauæ sphaeræ mouebitur circa axem mundi: & polus zodiaci circa polū mundi. Iste igitur circulus quē describit polus zodiaci circa polū mundi antarctici: dicitur circulus antarcticus. Quāta est etiā maxima solis declinatio scilicet ab æquinoctiali: tanta est distantia poli mundi ad polū zodiaci: quod sic patet. Sumatur colurus distinguens solstitia qui trāsit per polos mundi: & per polos zodiaci. Cū igitur omnes quartæ unius & eiusdē circuli iter se sint æquales: quarta huius coluri: quæ est ab æquinoctiali usq; ad polū mundi erit æqualis quartæ eiusdē coluri: quæ est a primo puncto cancri usq; ad polū zodiaci. Igitur ab illis æqualibus dēpto cōmuni arcu qui est a primo puncto cancri usq; ad polum mundi: residua erūt æqualia: scilicet maxima solis declinatio: & distantia poli mundi ad polū zodiaci. Cum aut circulus arcticus secūdum quālibet sui partē æquidistet a polo mundi: patet q̄ illa pars coluri quæ est inter primū punctū cancri & circulū arcticū fere est dupla ad maximā solis declinationē: siue ad arcū eiusdē coluri qui intercipitur inter circulū arcticū & polū mundi arcticū: qui etiā arcus æqualis est maxime solis declinationi. Cū enim colurus iste sicut alii circuli in sphaera sit. cccxl. graduū. quarta eius erit. lxxx. graduū. Cum igitur maxima solis declinatio secūdum Ptolemæū sit. xxiii. graduū



& li. minutoz: & totidē graduū sit arcus qui est iter circulū arcticū & polū mundi arcticum: si ista duo simul iuncta: quæ fere faciunt. xlviii. gradus: subtrahāt a. lxxx. residuū erit. xlii. gradus: q̄tus ē arcus coluri: qui est inter primū punctum cancri & circulum arcticum: & sic patet q̄ ille arcus fere duplus est ad maximam solis declinationem. Notandum q̄ æquinoctialis cū quatuor circulis minoribus dicuntur quin q̄ paralleli quasi æquidistantes: non quia quātum primus distat a secundo: tantū secundus distet a tertio: quia hoc falsum est sicut iam patuit: sed quia quilibet duo circuli simul iuncti secundum quālibet sui partem æquidistant abinuicē: & dicuntur paralleli æquinoctialis: paralleli solstitii æstiuus: paralleli solstitii hyemalis: paralleli arcticus: & paralleli antarcticus. Notandum etiam q̄ quatuor paralleli minores: scilicet duo tropici: & paralleli

b iii

arcticus: & parallelus antarcticus distinguunt in celo quinque zonas siue regiones. Vnde Virgilius in Georgicis. Quinque tenet caelum zone: quae una corusco semper sole rubes: & torrida semper ab igni. Distinguitur etiam totidem plagae in terra directe praedictis zonis suppositae. Vnde Ouidius primo metamorphoseo. Totidemque plagae tellure praemuntur. Quae quae media est non est habitabilis aestu. Nix tegit alta duas: totidem iter utraque locauit: Temperatae dedit mixta cum frigore flamma. Illa igitur zona quae est iter duos tropicos dicitur inhabitabilis propter calorem solis discurreret semper iter tropicos. Similiter plaga terrae illi directe supposita dicitur inhabitabilis propter calorem solis discurreret super illam. Illae uero duae zonae quae circumscribuntur a circulo arctico: & circulo antarctico circa polos mundi: inhabitabiles sunt propter nimiam frigiditatem: quia sol ab eis maxime remouetur. Similiter intelligendum est de plagis terrae illis directe suppositis. Illae autem duae zonae quae una est inter tropicum aestiuale & circulum arcticum: & reliqua quae est iter tropicum hyemale & circulum antarcticum: habitabiles sunt: & temperatae caliditate torridae zonae existentis inter tropicos: & frigiditate zonarum extremarum quae sunt circa polos mundi. Idem intellige de plagis terrae illis directae suppositis.



DE karacteribus sphaerae decimae uel nonae & stellationibus octauae.

Artēde diligēter & credas quoniā est sentētia cōmunis sapientū in astronomia ut supra claruit: quod non solum ecliptica intelligatur in sphaera octaua & zodiacus: sed etiam in sphaera nona & decima: eo modo diuisus in duodecim partes quantum in longitudine xxx. graduū: & duodecim in latitudine: quae signa zodiaci nonae & decimae nominantur eisdem nominibus quibus uocantur signa zodiaci octauae sphaerae: & secundum illum ordinem situata: uerūtamen non sunt in ipsa sphaera nona uel decima stellae alicuae. Sed dicunt opinantes quod in ipsa sint karacteres & lineae quaedam imaginum non ita apparetium nobis: ex numero quae duodecim constituent ipsa signa quae sibi habent influere in hac machinam elementarem: & plurimae aliae configurationes occultae: sparsae per ipsum orbem nonum & decimum multae proprietatum atque uirtutum. Dixeruntque per se astronomi & idorum aliarumque nationum aliquas istarum percipi a uisu efficaci & acutissimo certis temporibus: & in clarissima noctis serenitate in regionibus suis & montibus existentes: & quibus concessum est uel reuelatum: quas karacteres ipsi attribuunt angelis orbium planetarum atque stellarum: sub quibus characteribus & nominibus angelorum atque constellationibus homines experimētatores & ipsarum cultores ex ueteribus constabant in metallis aut in es: uel lapidibus electis sculpebant: uel sigillabant ceram argillam: aut speciem gummi: aut imagines depingebant uariarum formarum & materiarum:

quas obseruabant Ptolæmeus egyptius: & Thebit bencorat: & q̄ plures etiam
 græcorū ueterū hipocras & romani: ex quoq; numero fuerit Virgilius: nec opus
¶ Illis autē quorū zenith est in polo arctico contingit q̄ illoꝝ horizon est idē quod æquinoctialis. Vnde cū æquinoctialis intersectet zodiacū in duas partes æquales: sic & illoꝝ horizon relinquit medietatem zodiaci supra: & reliquā infra. Vnde cū sol decurrat per illā medietatē: quæ est a principio arietis usq̄ in finē uirginis: unus erit dies continuus sine nocte: & cū sol decurrat in illa medietate quæ est a principio libræ usq̄ in finē pisciū erit nox una continua sine die. Quare & una medietas totius anni est una dies artificialis: & alia medietas est una nox. Vnde totus annus ē ibi unus dies naturalis. Sed cū ibi nunq̄ magis. xxiii. gradibus sol sub horizonte deprimat̄: uidetur q̄ illis sit dies cōtinuus sine nocte. Nā & nobis dies dicitur ante solis ortū supra horizontē. Hoc autē est quantū ad uulgarē sensibilitatē. Non enim est dies artificialis quantū ad physicā rationem nisi ab ortu solis usq̄ ad occasum eius sub horizonte. Ad hoc itē q̄ lux uidetur ibi esse p̄petua: quoniā dies est anteq̄ leuet̄ super terrā per. xviii. gradus ut dicit Ptolæmeus. Alii uero magistri dicūt. xxx. scilicet p̄ quantitātē unius signi: Dicendū q̄ aer est ibi nubilosus & spissus. Radius enī solaris ibi existens debilis uirtutis magis de uaporibus eleuat̄ q̄ possit consumere: unde aerem non serenat: & non est dies.

DE diuisione climatum.

¶ Imaginetur autē quidā circulus in superficie terræ directe suppositus æquinoctiali. Intelligatur etiā alius circulus in superficie terræ trāsiens per orientē: & occidentem: & per polos mundi. Isti duo circuli intersectant se se in duobus locis ad angulos rectos sphaerales: & diuidunt totā terrā in quatuor quartas: quæ una est nostra habitabilis illa scilicet quæ intercipitur inter semicirculū ductum ab oriente in occidentē per polum arcticū. Nectamen illa quarta tota est habitabilis quoniā partes illius propinquæ æquinoctiali inhabitabiles sunt propter nimium calorem. Similiter partes eius propinquæ polo arctico inhabitabiles sunt propter nimiam frigiditatem. Intelligatur ergo una linea media æquidistans ab æquinoctiali diuidens partes quartæ inhabitabiles propter calorem a partibus habitabilibus: quæ sunt uersus septentrionē. Intelligatur etiā alia linea æquidistans a polo arctico diuidens partes quartæ inhabitabiles: quæ sunt uersus septentrionē: propter frigus a partibus habitabilibus quæ sunt uersus æquinoctialem.


Inter istas etiā duas lineas extremas intelligantur sex lineae parallelae æquinoctia/ li quæ cū duabus prioribus diuidunt partem totalem quartæ habitabilem in septem portiones quæ dicuntur septem climata: prout in præsentī patet figura.

Dicitur autē clima tantū spa/ ciū terræ p̄ q̄tū sensī/ bilis uariat horologi/ um. Idē nāq; dies æsti/ uus aliq̄tus: q̄ ē ī una regione: & sensibilib; ē minor ī regione p̄pi/ q̄ori austro. Spaciū igr̄ tantū q̄tū incipit di/ es idē sensibilib; uariari dī clima. Nec est idē horologiū cū princi/ pio & sine huius spa/ cii obseruatū. Horæ n̄ diei sensibilib; uari/ ātur: q̄re & horolo/ giū. Mediū igr̄ primi climatis ē ubi maxi/ ma diei p̄lixitas est xiii. horarū. & eleua/ tio poli mūdi supra circulū hemisphærii gradib; .xvi. & dī cli/ ma diameroes a me/ roe ciuitate. Initium eius ē ubi diei maio/





ris p̄lixitas est. xiii. horarū: & dimidiæ & q̄rtæ unius horæ: & eleuat̄ polus supra horizōtē gradibus. xii. & dimidiæ & q̄rtæ unius gradus. Et extēdit̄ eius latitudo usq; ad locū ubi lōgītudo p̄lixioris diei est. xiii. horarū: & q̄rtæ unius: & eleuat̄ polus supra horizōtē gradibus. xx. & dimidio. q̄d spaciū terræ ē. ccccxi. miliaria. Mediū autē sc̄di climatis ē ubi maior dies ē. xiii. horarū & dimidiæ: & eleuatio poli supra horizōtē. xxiiii. graduū: & q̄rtæ ptis unius gradus. Et dī clima dialyenes. Latitudo uero ei; ē ex terio primi climatis usq; ad locū: ubi fit dies p̄lixior. xiii. horarū & dimidiæ: & q̄rtæ ptis unius horæ: & eleuat̄ polus. xxvii. gradib; & dimidio & spaciū terræ ē. cccc. miliariorū. Mediū tertii cliatis ē ubi fit lōgītudo p̄lixioris diei. xiiii. horarū: & eleuatō poli supra horizōtē. xxx. graduū & dimidiū: & q̄rtæ unius ptis. Et dī clīa dialexandrios. Latitudo ei; ē ex terio sc̄di cliatis usq; ubi p̄lixior dies ē. xiiii. horarū & q̄rtæ unius, & altitudo poli. cccxxx. graduū: &

duarū tertiarū: quod spaciū terræ est. ccc. miliariorū. Mediū quarti climatis est
 ubi maioris diei plixitas ē q̄tuordecī horarū & dimidiæ: & axis altitudo. xxxvi.
 graduū & duarū q̄ntarū horarū. Et dicī diarhodos. Latitudo uero eius est ex ter/
 mino tertio climatis usq̄ ubi plixitas maioris diei est. xiiii. horarū & dimidiæ:
 & q̄rtæ p̄tis unius: eleuatio aut̄ poli. xxxix. graduū quod spaciū terræ est. ccc. mi/
 liariorū. Mediū q̄nti climatis est ubi maior dies ē. xv. horarū: & eleuatio poli. xli.
 gradus & terræ unius: & dī clima diarhomes. Latitudo uero eius ē ex termino
 q̄rti climatis usq̄ ubi plixitas diei sit. xv. horarū & q̄rtæ unius: & eleuatio axis
 xliii. graduū & dimidiū: q̄d spaciū terræ est. cclv. miliariorū. Mediū sexti climatis
 est ubi plixior dies ē. xv. horarū & dimidiæ: & eleuat̄ polus supra horizontē. xlv.
 gradibus: & duabus q̄ntis unius. Et dī clima diaboristenes. Latitudo uero eius
 est ex termino q̄nti climatis usq̄ ubi lōgītudo diei plixior est. xv. horarū & dimi/
 diæ & q̄rtæ unius: & axis eleuatio. xlvii. graduū & q̄rtæ unius. q̄ distātia terræ ē
 ccxii. miliariorū. Mediū aut̄ septimi climatis est ubi maior plixitas diei est. xvi.
 horarū: & eleuatio poli supra horizontē
 xlviii. graduū: & duarū tertiarū. Et dī cli/
 ma diaripheos. Latitudo uero eius est ex
 termino sexti climatis usq̄ ubi maxima
 dies est. xvi. horarū & q̄rtæ unius: & eleua/
 tur polus mūdi supra horizontē. l. grad/
 bus & dimidio: quod spaciū terræ est
 elxxxv. miliariorū. Ultra aut̄ huius septi/
 mi climatis terminū licet plures sint isu/
 læ: & hoīum habitatōes: q̄cqd tamen sit:
 quoniā prauæ est habitatōis sub climate
 nō cōputat̄. Ois itaq̄ iter terminū initia/
 lē climatū & finalē eorū ē diuersitas est
 triū horarū & dimidiæ: & ex eleuatione
 poli supra horizontē. xxxviii. graduū. Sic
 igr̄ patet uniuscuiusq̄ climatis latitudo a p̄cipio ipius uersus æq̄noctialē usq̄ i
 fine eiusdē uersus polū arcticū: & q̄ primi climatis latitudo ē maior latitudine
 scd̄i: & sic deinceps. Lōgītudo aut̄ climatis pōt appellari linea ducta ab oriētē i oc/
 cidentē æquidistans ab æquinoctiali. Vnde longitudo primi climatis est maior
 longitudine secundi: & sic deinceps: quod contingit propter angustia sphaeræ.



DE circulis & motibus planetarū: & de causis eclipsiū solis & lunæ Ca. q̄rtū.
 Orādū q̄ sol hēt unicū circulū p̄ quē mouet̄ i superficie lineæ eclipticæ
 & ē eccētricus. Eccētricus q̄dē circulus dī nō oīs circulus: sed solū ta/
 lis q̄ diuidēs terrā in duas partes æquales nō habet cēt̄rū suū cū cēt̄ro
 terræ sed extra. Pūctus aut̄ i eccētrico q̄ maxime accedit ad firmamē
 tū appellat̄ aux: quod iterptat̄ eleuatio. Pūctus uero oppositus q̄ maxime remo/
 tionis est a firmamēto dī oppositio augis. Solis aut̄ ab occidēte i oriētē duo sūt

motus: quoz unus ē ei p̄prius ī circulo suo eccētrico: quo mouet in om̄i die ac nocte. lx. minutis fere. Alius uero tardior ē motus sphæaræ īpius supra polos axis circuli signoz: & ē æq̄lis motui sphæaræ stellarū fixarū. s̄. in. ioo. annis gradu uno. Ex his itaq; duob; motibus colligit̄ cursus eius ī circulo signoz ab occidēte ī oriētē p̄ quē abscedit circulū signoz. i. ccclxv. dieb; & q̄rta unius diei fere p̄ter rē modicā q̄ nullius ē sēnsibilitatis. Quilibet aut̄ planeta tres hēt circulos p̄ter solē. s̄. æquātē: deferentē: & epicyclū. Aequās qdē lunæ ē circulus cōcētricus cū terra: & est ī superficie eclipticæ. Eius uero deferēs est circulus eccētricus. nec est ī superficie eclipticæ: imo una eius medietas declinat uersus septētrionē: altera uersus austrū. Et itersecat deferēs æquātē ī duobus locis. Et figura itersecōis appellat̄ draco: quoniā lata ē ī medio & angustior uersus finē. Intersectio igit̄ illa p̄ quā mouet̄ luna ab austro ī aq̄lonē appellat̄ caput draconis. Reliq̄ uero intersectio p̄ quā mouet̄ a septētrione ī austrū d̄r cauda draconis. Deferētes qdē & æquātes cuiuslibet planetæ sūt æq̄les. Et sciendū q̄ tā deferēs q̄ æquās Saturni Iouis Martis Veneris & Mercurii sūt eccētrici & extra superficie eclipticæ & tamē illi duo sūt ī eadē superficie. Quilibet etiā planeta p̄ter solē hēt epicyclū. Et ē epicyclus circulus puus p̄ cuius circūferētiā deferēt̄ corpus planetæ: & ceterū epicycli sp̄ deferēt̄ ī circūferētia deferētis. Si igit̄ duæ linæ ducant̄ a cētro terræ ita q̄ includāt̄ epicyclū alicuius planetæ: una ex pte oriētis: reliq̄ ex pte occidētis: p̄ctus uero cōtactus ex pte occidētis d̄r statio p̄ria: p̄ctus uero cōtactus ex pte occidētis d̄r statio sc̄da. Et quādo plāeta ē ī alterutra illarū stationū d̄r statōarius. Arcus uero epicycli superior iter duas statioēs iterceptus d̄r directio: & quādo planeta est ī illo tūc d̄r directus. Arcus uero epicycli inferior iter duas statioēs iterceptus d̄r retrogradatio. & planeta ibi existēs d̄r retrogradus. Lunæ aut̄ non assignat̄ statio directa uel retrogradatio. Vnde non d̄r luna stationaria directa uel retrograda pp̄ uelocitatē motus eius ī epicyclo.



DE eclipsi lunæ. Cū aut̄ sol sit maior terra: necesse est q̄ medietas sphæaræ terræ ad minus a sole sp̄ illuminet̄: & umbra terræ extensa ī aere tornatilis minuat̄ in rotūditate: donec deficiat ī superficie circuli signoz: īsepabilis a nadir solis. Est aut̄ nadir solis p̄ctus

directe oppositus soli i firmamento. Vnde cū in plenilunio luna fuerit i capite uel i cauda draconis sub nadir solis: tunc terra iterponet soli & lunæ: & conus umbræ terre cadet sup corpus lunæ. Vnde cū lunā lumē nō hēat nisi a sole: rei ueritate deficit a lumine. Et est eclipſis generalis i oī terra si fuerit i capite uel i cauda draconis directe. Particularis uero eclipſis si fuerit ppe uel iſra metas determinatas eclipſis. Et sp i plenilunio uel circa cōtigit eclipſis. Vnde cū i q̄libet oppōne hoc ē i plenilunio nō fit luna i capite uel cauda draconis nec opposita nadir solis: nō ē neceſſe i quolibet plenilunio pati eclipſim: ut patet i p̄ſeti ſigura q̄ ſubſeq̄. Cū aut fuerit luna i capite uel cauda draconis: uel ppe metas ſupradictas: & i cōiūctiōe cū ſole: tūc corpꝫ lunæ iterponet iter aspectū n̄m & corpꝫ ſolare. Vnde obūbrabit nobis claritatē ſolis: & ita ſol patiet eclipſim: nō q̄a deficit a lumine: ſed deficit nobis pp iterpoſitionē lunæ iter aspectū n̄m & ſolē. Ex his patet q̄ nō ſp ē eclipſis ſolis i cōiūctiōe ſiue i nouilunio. Notādū ē q̄ quādo ē eclipſis lunæ: ē eclipſis i oī terra: ſed quādo ē eclipſis ſolis ne quāq̄ imo i uno climāte ē eclipſis ſolis: & i alio nō: q̄ cōtigit pp diuerſitatē aspectus i diuerſis climatibus. Vnde Virgilius elegantiffime naturas utriuſq̄ eclipſis ſub cōpēdio tetigit diſcēs. Defectus lunæ uarios ſolisq̄ labores. Ex p̄dictis patet q̄ cū eclipſis ſolis eſſet i paſſione domini: & eadē paſſio eēt i plenilunio: illa eclipſis ſolis nō fuit n̄alis: imo miraculoſa cōtraria natura: q̄a eclipſis ſolis i nouilunio uel circa d̄bet cōtigrere. Propter q̄ legiſ: Dionyſiū ariopagita i eadē paſſione dixiſſe: Aut deus naturæ patit: aut mūdi machina diſſoluet.

Opusculum ſphæricum Ioannis de ſacro buſto explicatum eſt,



Disputationum Ioannis de monte regio contra cremonensia in planetarum
theoricis deliramenta præfatio.

Vniuersis bonarum artium studiosis Ioannes de monte regio, S.P.D.



ostq̄ emissimus idicē opeꝝ: q̄ librariis nr̄is formā/
da trademus: nōnullis: ut accepimus: lædēdi ma/
gis q̄ iuuādi studio iſlāmatis: illud mox uisū ē rep̄/
hēsiōe dignū: q̄ quorūdā opa scriptoz̄ imutare co/
namur: alioꝝ uero p̄rsus reitice nouis uidelicet
illatis traductōibz̄: deide q̄ plerisq̄; p̄bis uetustisq̄;
auctoribz̄ cōtradidere: ac quorūdā recētiōꝝ comē
taria obſare nō ueremur: noibus ēt: qd̄: ut isti pu/
tāt: acerbū ē: enūciatis. Mihi aut̄ uolēti potius prō/
pta rectaq̄; exēplaria uersare q̄ aut noua cōdere aut
mēdosa excribare: haud q̄q̄ diffidēdū est id libēret
atq̄ cōsulto factū ēē: nō quo alienæ detrahā aucto
ritati: sed quo mathēaticaz̄ studia iā ide a sæculis

multifariā inq̄nata ac pene ab oībz̄ d̄relictā: oī labe quoad eius fieri pōt absterſa
illuſtrēē: qd̄ p̄fco. cū i mutādi pluriā: tū d̄nuo traducēdi offō fieri neceſſe ē. Cō/
tradidere at̄ scriptoribz̄ q̄q̄ ātiq̄s si usq̄ ut hoīes errauerit iuſti uiri ac liberalis iḡe
niē esse arbitramur: exēplo moniti oīum fere eoz̄ q̄ unq̄ aliqd̄ noui cōposuere.
Quod deniq̄; noībz̄ scriptoz̄ nō peccimus haud absētaneū uideri d̄bet: cū mi/
felli qdā nimia capti credulitate tātū tribuāt festiuis libroz̄ iſcriptōibz̄ auctoz̄
q̄ uetustati: ut de re q̄piā disputaturi sup̄mū ac ualidissimū argumētādi locū sp̄
ab auctoritate mutuādū cēſeāt. ſ. alieni aſſertōi q̄licūq̄ plus fidetes q̄ rōni certiffi
mæ. Aſſert̄ nescio qd̄ ſingularis iſulḡētix̄ mors hoīum q̄ aliqd̄ i uita cōposuere:
ut quos adhuc uiuos forſitā negligēremus: eoz̄ iā uita ſunctoz̄ opa religioſius
āplexemur: ſiue q̄ ſniis ipoz̄ refragari nō licet ne p̄ iuidiā aut iſolētiā id fieri cre
daſ: ſiue q̄ aliēa placita excutere argutiūſq̄ diiudicare grauamur: quoniā id ple
rūq̄; ſine magno labore fieri neq̄. Hic ergo factū eſſe credideri ut cōplura l̄raz̄
ſtudia ſōni cuiuſdā aut anilis fabulæ ſpēm cōtraxerit ob lectōes nimīū ſecuras
ac cōmētātōes obſeq̄oſas. Verz̄. n. uero & ſi cōtagiū illd̄ oībz̄ ferme liberalibz̄ ſtu
diis cōe ſit: i mathēaticis tamē oīo pudēdū ē ac iſtolerabile: q̄ppe q̄ cōſeſſu oīum:
p̄petuā ſp̄ p̄ſeferētia certitudinē: nr̄i deſidia ſæculi ad ſecē quādā d̄coſta ſſ: adeo
ut i ſcīa ſiderali: uniuerſas. n. iuducere lōgū eſt: p̄ter Gerardū cremonēſe ac Ioānē
de ſacro buſto cūctos penē auctores negligamus: iāq̄; p̄ aſtronomis celebremur
q̄ eoz̄ cōmēta Theoricis. ſ. planetaz̄ Sphærāq̄; ut uocāt: materialē uidimus. At
ubi nūerōꝝ quoq̄; tabulaz̄ p̄dictionūq̄; i choamēta qdā attigimus: tū demū p̄ſci
ūdiq̄; crediur. Hic alii lectiōibz̄ publicis allegāur diſcipulos. ſ. ſcūri q̄les ipi ſumō
p̄ceptores. Alii ad cōſultatōes p̄cipū accerſimur quoz̄ apploſiōe firmati mox
i publicū ac plebeiā turbā deliramēta nr̄a p̄fūdere nō erubeſcimus. Pudet p̄fco
recēſere q̄ta nobis ide cōtumelia plerūq̄ obueniat: & q̄dem nō idigne quādo p̄

cæcitatem stolidam ppriæ precones sumus iēptiæ. Sed hæc quidem quum ad-
nexa sibi pœna luantur leuiori egent censura q̄ q̄ ad corrigenda exēplaria sciarū
quis recūditaz̄ idiscrete ruimus. Hoc etenī: nisi fallor: piaculū est inias auctoz̄
nobilū obtenebrare cōtagiis pprie suppositis ignoratiæ: posteritatēq; uiciatis li-
broz̄ exēplis ificere. Quis, n. nesciat mirificā illā formādi artē: nup̄ a nratibus ex
cogitatā: obesse tātū mortalibus si mēdosa disseminēt libroz̄ uolumina: q̄tū
p̄dest exēplarib; rite correctis. Nō q̄o mihi tempore quo minus unū p̄ferā exē-
plū correctoris aūdaci: q; geographiā Strabonis latinā aliquādo factā: romanis
nup̄ librarīs formādā exhibuit: quis ridere magis libeat q̄ lris idicare hoīs sciolī
cōfidētiā. Is ī tertio uolumine ubi de p̄lixitate diei maximæ agit q̄ accidit hitā/
tibus iter Romā & Neapolim: dies inqt̄ maxima est horaz̄ solstitiāliū q̄decī.
illic etiā sæpius hoc epitheto solstitialiū repetito: incitiā suā atq; barbarismū
idicās uno, s. uerbo duplicem p̄stituit ignoratiā. Quum, n. auctor græcus dicat
ὄρον ἰσημερίων qđ latine est horaz̄ æqnoctialiū: Stolidus ille miratus ē: quo
nā mō æqnoctiales horæ diem solstitiū cōstituere possint: æqnoctio ac solstitio
multū iter se distātibus. Itaq; a solstitio horas illas denoiauit: ignorans utiq; cur
æqnoctiales dicant̄ horæ etiā ille q̄ ī die solstitiali numerant̄. Nemo sane tantū
traductori Guarino uitū ip̄tabit: is, n. sup̄ius haud lōge post caput scđi uolu-
minis: diē maximā apud britānos horaz̄ æqnoctialiū esse decē & nouē ifinuat.
Nō d̄ret ille solstitiāliū sicut grāmaticellus iste: sed a solstitio solstitiale formaret
Lucanū imitatus dicētē: rapidiq; leonis solstitiale caput. Tali correctori imo po-
tius corruptori: exēplaria emēdatu difficilia plurimūq; ip̄edita o amice credis?
Quid q̄so fiet si traductoris icuria primū exēplar uitio sit obductū: aut ab esuriē-
ti quouis librarīo p̄perā imutatū? Quoz̄ p̄fecto utrūq; cernere est in eo opere
quod hodie p̄ Geographia Claudii Ptolæmei circūfer̄: ubi nec l̄ralis cōtextus
auctoris græci respōdet sn̄is: iacobo Angelo florētino iuertēte: neq; tabulæ pu-
ciæ p̄ticulariū a Ptolæmeo iftitutā seruant effigiē: sed friuolā ab hoīe famelico
passæ sūt imutationē. Igif̄ q; se h̄re putabit cosmographiā Ptolæmei: ne umbrā
qdē tāti opis poterit ostentare: fidēq; nemo nō habebit sūmatim dicenti mihi:
opus hoc nōdū ad latinos trāslatū esse: p̄serti si rescouerit ipsū ob difficultatē suā
diu apud græcos quoq; p̄ditū: oīnoq; iterituz̄ fuisse: nisi monachi cuiusdā ma-
xima uigilātia reptū esset. Sed hæc alibi pleniori reddent̄ tractatu. Iā uero reuer-
tens unde abii: ne aliena delicta rep̄hēdētē meipsū uidear eximere a grege isto ri-
diculo astronomoz̄ tāq; inocentē nulliq; errori obnoxiiū: nūc p̄fiteor æquela-
tuz̄ imo grās igentes habituz̄ plerisq; oībus q; meas ispicient editiones iudica-
būt: quis ifidiose: q̄s & si scia. Horatii Quītiliani q; monitu nō esse p̄cipitādas:
aliqd̄ tamē ī ætate uegetiori tentādū est: ne uētri tātū more pecudū indulgere ui-
dear. Suspisor aut̄ fore nōnullos q; isolentiæ crimen mihi obiectabūt: ut q; ī Ger-
mania ne dicā barbarie degā: iops libroz̄: a frequentiaq; doctoz̄ hoīum semo-
tus: tot tāq; celebratos uiros ip̄etere aulim. Sed hi: nisi me fallit aius: ueniam da-
būt: si finē p̄positi: nō p̄sonā scriptoris aut fortunā p̄penderit. Nā quo licentius

abūdiusq; uniuersi tētata mea īspicere: iudicare: corrigere: ac retractare q̄ant: ec-
 ce meipsum spōte īterp̄ramēto multiplici ī mediū statuo haud reformidātē p
 republica l̄faria q̄uis expiri fortunā. Sitq; hęc p̄sens lucubratiūcula q̄si p̄gusta/
 mētū uniuersae cōmētatiōis: quā ueluti mēsūrā reliq̄ aetatis n̄rae: q̄tācūq; deus tri-
 buet: exercebimus. Hortamur deniq; lectores: beniuolos qdē ut p̄ suo qsq; īge-
 nio conatus n̄fos examinet: nō qdē sine p̄mio nisi q̄sp̄iā noīs sui celebrationē ne-
 gligere uelit: quā certe pollicemur facturos ī opibus n̄fis ubi fuerit opportunū:
 æmulis aut nōnihil uoluptatis accedet si hoīem res iūsitatas aggredi ausū ī erro-
 re dephēderint. Sed ne lōgius p̄semur īcipiemus p̄currere Theoricas planetaz
 Gerardo cremonēsi: ut fert: æditas: iā pridēq; ī oibus studiis generalibus legi cæ-
 ptas: opus qdē tenue sed a multis magnisq; ingeniis credule p̄batū. Multos pas-
 sim offendēs infanos eius expositores: errataq; sua demōstrationibus geometri-
 cis roborare conātes. Qui q̄friuoie uigilauerint specie dialogi manibus nostris
 iamdudum erepti intelligent: quem in urbe Roma quondam lufimus. Nunc/
 que uniuersos fideralis scientiæ studiosos eo interprete Salutamus.

VIENNENSIS

CRACOWIENSIS.

.V.

.C.




I q̄s forte roget q̄obré potissimū ad hęc ædem diui
 Petri apli hoc mæe cōcesserī: is sciat ī primis oratū
 me uenisse ut Pio defūcto pōtifex succedat cui sin-
 cera religio cordi sit: q̄ xp̄iani noīs inimico mahu-
 meto occurrere ausit: q̄q; externis olim cōculcatis
 hostibus ītestina studeat tollere discidia: ut tādē oī
 ambitōe ac praua cupiditate extincta boni mores ex
 itegro resumāt: ac deiceps optima q̄q; artes ī lucē
 redeāt q̄ turbulētahac n̄ra a tate negligi uident. Nā
 ut reliq; studiōz genera silētio p̄terea: artes libera-
 les hortant p̄serti illæ q̄s uocāt mathematicas: q̄ ita
 misere mortaliū aīs exciderunt: ut p̄ paucos hodie
 repies q̄ satis doctē cōsecuti sint eas: plurimi aut &

ferme oēs uix æquo aīo miserabile dictu: earz noīa audiāt: nihil suaue arbitrātes
 qdē nō auri sacra famē expleat. Interea tamē ea q̄ astroz polliceſ notitiā quosdā
 afficit hoīes: nō qdē: ut æquū eēt: aī excredi sed glorie aut q̄stus grā q̄ iusto ordi-
 ne neglecto dū ad futura pnūciāda nimīū p̄perāt: totā ferme q̄ de motibus ē p̄-
 tereūt astronomiā: quo demū fieri solet: ut uulgari undiq; hēanf ludibrio: neq;
 id iūria: quādoqdē ab erroribus suis quoq; occasiones ignorāt abstinerenō stu-
 dēt. Sed q̄snā me appellat: hoīem tāta turba discernere nō sinit: C. Saluere itēz
 te iubeo loānes optime. V. Saluū te aduenisse gaudeo amice dulcissime. C. Iā du-
 dū salutatus haud respōdisti. Quid agit. V. deābulat. Sed tu qd rei hic habes: C.
 Expecto. V. O te scelicē q̄ expectādigrām hēs: ad capeſſedas. n. opes ecclesiasticas
 hęc aiūt eē uia. C. Ha ha. Tu quoq; iccirco beaberis: q̄ tātope ante hostiū mora-

ris facz. **V.** Deus faxit. Sed nūc ego Nicenū expecto dominū meū nō ut ita dixerim beneficia. **C.** At ego dominū meū opior futurū custodē ad cōclauē. **V.** Tu igit hoc triduo ī carcere latebis: id qdē cōmodi hīturus ut q̄primū electio noui pōtificis tibi īnorescat. **C.** Quid tū postea. **V.** Ut inde fortunas eius p̄dere possis. **C.** Reſte p̄fecto id explorādī talis crediſ eē ianua. **V.** Alii diē potius obſeruādū cēſēt quo cathedrā p̄mit aplicā corona triplici redimitus. Sed miſſa iſtāc faciamus: orādus multo maxie deus ē ut cāptis illis adſpiret: utq; Mercuriū ſuos ſœlici radio tēpare iubeat hoies deuote ſupplicādū ē. **C.** Ita faciūdū cenſeo. **V.** Veꝛ ut ad uſitata iucūdioraq; n̄ſa colloq̄a redeamus opportune mones ubi Mercuriū cōmemoras. **V.** Quid q̄ſo īcidit? **C.** Theoricā planetaz cōes ī mētē rediere: p̄ſertim locus ille ubi de minutis p̄portōalibus Mercurii agit. Nā ſn̄ia eius loci haud quaꝫ reſpōdere uideſ tabulis nūmeroz. **V.** Theoricās dicit Gerardo quodā: ut fama ē: cremoneſi æditas q̄ unde primā fortitā ſint fidē ut tātope legerent: ſapenūmero admiratus ſum. **C.** Tu ne illas lectū iri adeo iniquū arbitraris? **V.** Vtz legēdæ ſint an potius negligēdæ: alius q̄ſpiā paulo poſt iudicariſ. **C.** Igit̄ ineptus ego fruſtra tātā illis fidē hūi: q̄ppe q̄s toriēs magna cū īrētōe legerim. **V.** Optimi uiri ſuſtus ē officio: nō mō. n. benedicētibus gr̄æ ſūt habēdæ: ueꝛ etiā errātibus. Nā p̄ hos qdē cautiores reddimur: p̄ illos aut̄ meliores. **C.** Adhuc h̄æreo dū tot cōmētarios ſuos circūſpicio: q̄ oēs explanare conant̄ haſce theoricās: nihil errati nihil deniq; īſpiciēt dicti notātes. **V.** Si qd̄ obſcurius ſcriptor ipſe ediderit: uel īdocte forſitā p̄cepit: officio cōmētatoris id qdē ſatius illuſtrādū: iſtud uero decenti cū moderamine exponēdū eſt: alioq; ignauus hēbiſ cōmētator atq; temerarius. Sed ne diē teramus res ip̄a atterāda eſt. Veli nobis datū iri textū theoricaz: quo ordinatius ſingula pluſtrare liceat. **C.** In uicino amicū hēmus unde petere oportebit. **V.** Vade ergo ocuus petitū. Anceps hodie facinus cāptaſſe uideor q̄ aliena ſcripta & iā diu p̄ īdubitatis hīta retractare auſim. **V.** Ubi ubi opus erit Euclides n̄r atq; Ptolæmeus aduocati aſſiſtēt: & ſi aliūde teſtimonia ſumi oportuerit copia: ſic ſpo: dabiſ. Hoc nāq; pacto: niſi me fallit aīus: calūniādī pleriq; adimeſ licētia. Quod niſi fieret: plurimos p̄ter rōnē mihi oblocuturos uereret. Dicerēt forſitā. Vnde nouicio mihi tātū arrogē ut uetūſtū puocare auctore nō erubeſcā. Sed amicū uideo redeūtē. Vbi ē libellus quē petebamus? **C.** Ecce ipſū. **V.** Satis ē. Nūc ordiēdū cēſeo a rebus puis: q̄ aliq̄tenus tolerari poſſēt ſi moderamine certo acciperent. Poſt pauca igit̄ initialia: medius iqt̄ ille motus Solis d̄r arcus zodiaci cadēs īter lineā exēūtē a cētro terræ uſq; ad firmamētū: lineā dico æq̄diſtāte lineæ exēūti a centro eccētrici p̄ centz corpis ſolis ad zodiacū. **C.** Quid ī hiſce uerbis notas? **V.** Exiguū aliqd̄ eſt: ſup̄flue qdē ſemidiamet̄z eccētrici ad cētrū ſolis terminatā p̄ducit uſq; ad zodiacū. Nā hęc lineā ad zodiacū uſq; extēſa: neq; mediū ſolis locū neq; uelocitatē motus eius æq̄lē ī zodiaco designat. Sed ſatis ē lineā ex cētro eccētrici educi & ad cētrū ſolis terminari. Hęc. n. uelocitatē ſolis ī eccētrico ſuo declarat: cui demū æq̄diſtātē ex cētro mūdi educere licebit. **C.** Parua uideſ illa nota. **V.** Ha ha he. & parua exiſtīt ī ueritate. **C.** Quid rides ubi ueri

deinceps profer. C. Audito igitur me lecturę. V. Sed missum faciamus Solę: speculatiões aut motuū atq; orbiū lunę aggrediamur. C. Eccētricus solis immobilis est nisi q̄tū ad octauā sphærę: eccētricus aut lunę mouet quolibet die ab oriēte ī occidētē. xi. gradibus fere. V. Hic siste gradū. Quot cōmemorat ille eccētricos ī speculatōe sua? C. Vnū dūtaxat epicycli delatorē. V. Quō igit idē eccētricus occidētē uersus moueri poterit: q̄ epicyclū deferat ad oriētē: nisi eidē mobili duos cōtrarios iesse motus affirmare qs uelit? C. Nequāq; sup iisdē polis: ueq; de cetro ecētrici dixisse uidef. illud. n. ad occidētē trāsfert. V. Sed neq; illud natura pmittit: oporteret. n. hoc pacto scīdi corpa cęlestia uacuūq; ī eis repiri. C. Bene rōcinaris. Id. n. necessario seq̄ret nisi orbi ecētrico epicyclū deferētī alios duos circūponamus singulis tānū supficiebus ecētricos: ita ut tota triū orbiū congeries mūdo fiat cōcētrica. Sed hęc oīa ī theoreticis suis nouis Georgius Purbachius p̄ceptor tuus explanauit & qdē accuratissime. V. Illud demū qdē seq̄ haud poterit itelligi: si non duos exteriores huiusmodi ecētricos imaginati fuerimus. C. Quid illud est? V. Paulo iferius ille. Patet. n. inqt q; cętrę epicycli lunę bis ī mēse p̄trāsīt ecētricū. C. Veq; dicis: quo nāq; pacto epicyclus pagrare posset ecētricū cui ita iditus ē ut ad motū eius raptim circūferat. V. Procedēdū est ocīus: nōdū .n. limē trāsgressis nobis hora ferme itegra subterfluxit. C. Ergo tacere libet minuta p̄portiōalia: q̄ ut iste autumat dicunt sexagesimę p̄ticulę lineę duplę ad lineę existētē iter cętrę terrę & cętrę ecētrici diuisę ī .lx. p̄tes. V. Profesto si Ptolamēū uidisset hō ille minuta p̄portiōalia rōnabilf diffiniuisset sexagesimas ecēpticas ipius excessus nō qdē duarū linearū more suo: ueq; duarū æq̄tionū argumēti maximarū: q̄r altera qdē epicyclo ī auge ecētrici constituto accidit: altera uero ī augis opposito. C. Illud deinceps minime satisfacit mihi ubi de dracone lunę. Et ducit inqt istas itersectiões qdā circulus cōcētricus mūdo existēs in cęlo æq̄lis ecētrico lunę ī magnitudine: & ē ī supficie orbis signorū siue in uia solis. Nā & si facile itelligā huiuscemodi duas itersectiões: motus tamē earū fieri posse nō uidef p̄ circulū mūdo cōcētricū: ut ille ait: orbis. n. corporei sūt q̄bus motus cęlestes sūt nō circuli. V. Nō iūria notasti hūc locū ifufficiēter expositū. Quare mirādū nō ē cur paucissimi plenā theoreticarū notitiā hēant: quādoq; dē diminue res ipa tradita sit. De luminariibus iā satis: nūc ad tres supiores trāseūdū ē: quorū qlibet inqt ille duos hēt circulos ecētricos æq̄les dispositos ī eadē supficie plana & immobiles nisi q̄tū ad motū octauę sphærę & ad motū quottidianū circa terrā ab oriēte ad occidētē. Quid de hac lra tibi uidef amice mi? C. Neutrę duorū circuloz moueri asserit p̄terq̄ ad motū octauę sphærę & primi mobilis qdā ueritate alienū arbitror: cū alter eorū oriētē uersus deferre epicyclū soleat. V. Audi alia huius hoīs uerba. Et dī tūc ēē cętrę epicycli ī lōgitudine media æquātis quādo diameter epicycli stat p̄pēdiculariter sup diametrę mūdi trāseūtē p̄ cętra ecētricoz. Quid ibi dices? C. Recurro ad ea q̄ supius de longitudine media ecētrici solis ostēdisti. V. Itidē facturę te suspicor circa minuta p̄portiōalia q̄ qdē dephēdia autumat p̄ excessus linearū: nō æq̄tionū argumēti maximarū quē ad


modū Ptolæmeus solet. **C.** Recte putas. **Q**uis. n. nō potius Ptolæmei clarissimi adhæreat sine q̄ ieptris huius uiri. **V.** Nūc ad mercuriū q̄ hæc nra colloqa suscita uit descēdemus ex ordine ubi paulo postq̄ mediū eius motū determinauit hæc p̄fert uerba. Et cū iste tres lineæ æq̄l̄r moueant erūt sp̄ æq̄distātes: aut erūt oēs una linea: aut duæ eadē. & reliq̄. Denotauit at̄ duas lineas q̄z altera q̄dē ex cētro eccētrici p̄ cēt̄z solis: altera uero ex cētro æquātis mercurii p̄ cēt̄z epicycli eius p̄tēdit: & tertiā ex cētro mūdi egredientē p̄dictisq̄ duabz æq̄distātē. **C.** Cur hūc locū negligēdū cēses? **V.** Quia nunq̄ dictæ lineæ æq̄distāt ut illæ asserit p̄terq̄ cētro epicycli mercurii i altero duoz nodoz existēte: q̄d bis i spacio āni solaris accidere solet: tūc. n. solū duo circuli eccētrici solis & mercurii atq̄ iccirco p̄dictæ lineæ i una plana superficie collocant: q̄d ad æq̄distātiā lineaz req̄rit: cētro at̄ epicycli alibi cōstituto memoratæ lineæ quū nō sint i eadē plana superficie: æq̄distare nō poterūt: sp̄q̄ alia est linea mediū motus Solis: & alia mercurii: p̄terq̄ dū linea mediū motus solis ē cois sectio ecliphticæ & eccētrici mercurii: aut i ipa eccētrici mercurii superficie repit. **C.** Profūda speculatio hæc est adeo ut nemo rē hæc penitus cōprehendere possit: q̄ hitudines superficiez iuicē sectaz ignorauerit. **V.** Inferius paulo hæc sua uerba colligūtur. Cētrū uero epicycli: & aux eccētrici: & qlibet pūctus eccētrici: sp̄ i æq̄libus t̄pibus æq̄les angulos describūt sup cētro æquātis. **C.** Quid ibi. Nōne cēt̄z epicycli i cētro æquātis regulā sui motus hēt? **V.** Ita res se hēt. **C.** Reliqs pūctis eccētrici id quoq̄ accidere credis q̄d ipsi cētro epicycli: ita ut æq̄l̄r circa cētrū æquātis moueant. **V.** Reliqs eccētrici pūctis id nō obtrigere geometria nra demōstrabit. **C.** Auscultabo libēter. **V.** In linea. a. c. sit cētrū æquātis. g. cēt̄z pui circuli. f. sup quo ip̄e circulus puus descriptus. e. m. g. ponamus nūc cēt̄z eccētrici deferētis epicyclū i sūmitate pui circuli. f. i pūcto. e. & sup eo eccētricū ipsū. a. b. d. l. ostēdet pūctū eccētrici c. q̄d terminat diamet̄z eccētrici trāseūtē p̄ cēt̄z epicycli irregulariter i cētro æquātis moueri. **C.** Cur nā pūctū. c. & non aliud assūpsisti? **V.** Quo p̄cessus & breuior fiat & itellectū facilior: nā de reliqs pūctis quīs difficilius idē demonstrare poterimus. **C.** Perge igit̄ ut cæpisti. **V.** Fiat deiceps ut cēt̄z eccētrici d̄ferētis epicyclū lege motus sui pueniat ad pūctū m. mediū. f. semicirculi pui occidētal̄is ita ut ducta semidiameter pui circuli. f. m. p̄pēdicularis ad lineā. a. c. scōq̄. m. cētro itēz describat̄ eccētricus. k. b. l. d. ex cētro de-





niq̄ æq̄ntis. g. egrediat̄. g. k. rectos faciēs āngulos ad lineā. a. c. occurrētq̄ circūferētiæ eccētrici i pūcto. k. i quo oportebit repiri cēt̄z epicycli. **C.** Ita ē. Nā cēt̄z eccētrici circa cēt̄z pui circuli & cēt̄z epicycli circa cēt̄z æquātis æq̄l̄r i cōtrarias ferūt̄ur p̄tes: ducat̄ itē ex pūcto. k. diametri eccētrici i pūcto. l. desinēs: & alia linea.

l.g. in eo itaq; tpe q̄to cēt̄r̄ epicycli ex. a. ad. k. trādūctū est: p̄ctus ei diametrāl̄
oppositus ex. c. ad. l. puenit: atq; iccirco angulū. c. g. l. i cētro æquātis descripsit. C.
Nō eo ificias. V. Procedat itēz epicycli cēt̄r̄ donecad oppositū augis æquātis p̄
ducat: & iō cēt̄r̄ eccētrici cū cētro æquātis qd̄ ē. g. cōueniat. quo demū fieri oportet
ut p̄ctus eccētrici cētro epicycli p̄ diametr̄ oppositus i superiori pte lineæ. a. c.
reppiat. C. Cōfiteor æqd̄. V. In sc̄do iḡ tpe cēt̄r̄ epicycli circa cēt̄r̄ æquātis angulū
rectū descripsit ueluti i primo: & iō tēpora ip̄a æq̄lia fuisse oportet. C. Nō ē
dubiū. V. In sc̄do etiā tpe p̄ctus ille alius descripsit angulū. l. g. a. i cētro æquātis.
Sic i duobus tp̄ibus æq̄libus duos āgulos. c. g. l. & l. g. a. circa cēt̄r̄ æquātis descri
psit. C. Quid ni? sed eos duos angulos inæquales esse uelim ostendas. V. Exem
plo: id efficiā. In triangulo enī. k. g. l. angulū. k. g. f. p̄ticularē cōstituebamus rectū.
q̄re. f. g. l. reliquus p̄ticularis minor erit recto: nisi triāgulo cui piā rectilineo tres
angulos duobus rectis maiores dare uelis. C. Nequaq; trigesima sc̄da primi ele
mētōz phibēte. V. Sūt aut̄ duo anguli. c. g. l. & l. g. a. duobus rectis æq̄les nisi ter
tiadecima primi mēt̄ia: quāobrē āgulus. c. g. l. maior recto hēbit. C. Certū id est
V. In tp̄ibus iḡ æq̄libus p̄ctus ille alius cētro epicycli diametrāl̄ oppositus in
æq̄les angulos i cētro æquātis describūt. C. Ergo p̄spiciū est nō quodlibet p̄ctū
eccētrici in tp̄ibus æq̄libus æq̄les in cētro æquātis describere angulos. V. Rē ap
prime mihi placiturā facies si l̄ram sequentē leges: ego enī iterea parūper q̄scēs
auscultabo. C. Audi iḡ. Sed duo sunt loca in q̄bus maxime accedit cēt̄r̄ epicycli
cētro terræ: & i aliis locis nō pōt tātū accedere. illa uero duo loca sunt p̄cta p̄pe
oppositū augis æquātis terminātia lineas cōtinentes paruū circulū sup̄ quē mo
uef cēt̄r̄ deferētis & trāseūtes p̄ cēt̄r̄ terræ. V. Illud notādū est. Sed p̄ge ut cæpi
sti. C. Quū iḡ inq; cēt̄r̄ epicycli est in auge statī icipit ire uersus orientē in suo
deferēte & silī cēt̄r̄ deferētis icipit ire uersus occidentē in suo paruō circulo. V.
Hoc uez est. C. Et quādo cēt̄r̄ epicycli est i capite lineæ cōtinentis quod caput
est p̄pe oppositū augis æquātis: tūc cēt̄r̄ deferētis est i p̄cto cōtactus paruū cir
culi cū ip̄a lineā & tūc aux deferētis ē i maxima remotōe ab auge æquātis & tūc
cēt̄r̄ epicycli est i opposito augis deferētis: q̄re tūc est in maiore appropinq̄tōe
ad terrā: q̄a tūc cēt̄r̄ deferētis descēdit plus i suo paruō circulo & plus remouet
oppositū augis deferētis a cētro terræ: quod facili patet īspiciētī figurā & itelli
gētī motū: & q̄diu erit cēt̄r̄ epicycli i isto arcu deferētis q̄ est iter duo p̄cta uel
capita lineæ cōtinentiū quæ capita sunt p̄pinq̄ opposito augis æquātis semp
erit i opposito augis deferētis: & hoc sequit̄ ex hoc q̄ q̄tū currit epicyclus i una
pte tātū currit cēt̄r̄ deferētis i alia: ergo ip̄ erūt i eadē lineā trāseūte p̄ cēt̄r̄ terræ
& p̄ cēt̄r̄ deferētis: & tamē nunq; appropinq̄t cēt̄r̄ epicycli cētro terræ q̄tū ap
propinq̄t i capitibus lineæ cōtinentiū. V. Iā q̄scē. Longe melius erat theoricas
hasce nunq; edidisse q̄ tot tātasq; iēptias pfudisse. C. Nunq; bene dicta sunt oia?
V. Nō sunt. C. Vbi quæso erratū est? V. Cēt̄r̄ epicycli medio qd̄ ē cursu suo di
stās ab auge æquātis p̄ quor̄ signa coīa p̄pinq; est centro mundi q̄ dū ab eadē
auge æquātis distat p̄ tria signa quēadmodū in breuiario Almaiefti demonstratū
est. C. Quid tū postea? V. Tunc aut̄ lineā iter cēt̄r̄ epicycli & cēt̄r̄ mundi cō


phenfa habet pres qnq̄gitaq̄q̄; q̄les sexagita sunt in semidiametro eccētrici de/
 ferentis & isuper minuta trigita tria unius partis. **C.** Quibus obsecro rōnibus il/
 lud cōcludis? **V.** Scia triāguloꝝ planoz̄ hęc oīa nobis manifestat. **C.** Centꝝ autē
 epicycli lineā cōtingentē possidens quot partibus prædictis a cētro mūdi remo/
 uet? **V.** Partibus qnquagita sex & minutis uigītiduobus fere. **C.** Quū igit̄ i ma/
 xima ut illæ asserit uicinitate ad centꝝ mūdi existent: sigdē i alio cōmemorato
 situ pp̄iqus eidē reperit. **V.** Suū uir ille bonus operā lusit. **C.** Est ne aliud nigra di/
 gnū litura? **V.** Est. Ait. n. centꝝ eccentrici deferentis esse i pūcto cōtactus dū cētꝝ
 epicycli in ipsa cōtingente lineā existit. **C.** Quo pacto id erratū esse demonstribis?
V. Ad ipossibile redigendo assertorē. Quod ut intellectu paratius hęc figuratōe
 lineari agendū est. Sit itaq; i lineā. a. c. pūctus. f. centꝝ. g. h. g. punctus
 aut. g. centꝝ. æq̄ntis & n. cētꝝ mūdi. auge deniq; æquātis. a. nota repræfēt & c.
 oppositū auge eius: ductaq; lineā. k. h. p centꝝ mūdi
 cōtingēte puū circulū i pūcto. h. itelligat̄ cētꝝ qdē epi/
 cycli i pūcto. k. lineā cōtingentis: centꝝ autē eccentrici
 delatoris i pūcto. h. quēadmodū iste statuit: pducāt
 deiceps duæ lineæ. g. k. qdē ex centro æquātis ad cē/
 tꝝ epicycli. f. h. aut semidiameter parui circuli ad. h.
 centꝝ eccētrici. Quū igit̄ motus duoz̄ cētꝝ epicy/
 cli. f. & eccētrici sint æq̄ ueloces: hic qdē i centro puī
 circuli ille aut i cētro æq̄ntis: icēpitq; ab eodē termi/
 no auge uidelicet æquātis: necesse est duos angulos
 a. g. k. & a. f. h. esse æq̄les. **C.** Nemini dubiū. **V.** Atq; ic
 circo duos angulos. k. g. n. & g. f. h. reliquos de binis
 rectis æq̄ri oportebit. Illud memoriæ mādes uelī. **C.**
 Fiat. **V.** Ex octaua autē tertii elementoz̄ lineā. n. h. lō/
 gior est ipā lineā. n. g. cui lineā. n. g. quū sit æq̄lis semi/
 diameter parui circuli: id enī Ptolæmeus ostendit li/
 bro nono capitulo nono: erit & lineā. n. h. lōgior ipā
 f. h. q̄re & p decimā nonā primi elementoz̄ angulus
 n. f. h. maior erit angulo. f. n. h. & ideo per quitadeci/
 mā eiusdem it̄cedente cōi scia maior erit angulo.
 k. n. c. qui cum sit extrīsecus ad triāgulum. k. g. n. erit
 per sextam decimam primi maior angulo. k. g. n. un/
 de & per cōem sciam angulus. g. f. h. maior erit angulo. k. g. n. quos antea cōclusi/
 mus æq̄les. **C.** Cōclamatū est: iam enim ad ipossibile redegisti assertorē: cū nul/
 la quantitas alteri æqualis esse possit & inæqualis. Sed hoc unum rogo Ioannes
 optime: ubi nā erit centrum eccentrici deferentis quādo centꝝ epicycli in lineā
 contingente. k. h. constituetur? **V.** Habuimus angulū. g. f. h. maiorem angulo. k.
 g. n. ex eo igitur absumatur angulus. g. f. l. æqualis ipsi. k. g. n. ducta semidia/
 metro parui circuli. f. l. in cuius termino. l. centrum deferentis reperiri oportet



tebit. sic eni duo anguli. a. g. k. & a. f. l. reliq de binis re
 ctis æqles iuicē existēt quē admodū similitudo mo
 tuū exigit. C. Igit ex cetro mūdi. n. eucta linea p pū
 ctū. l. ad ptē supiore. i ea aux eccētrici necessario repe
 riet. V. Vez. e. C. Quāobrē aux eccētrici deferētis nō
 ē i maxia remotōe ab auge æquātis cetro epicycli in
 pūcto. k. lineæ cōtigētis existēte: terminus eni maxie
 remotiōis est i lineā cōtigēte paruū circulū. V. Recte
 subifers cōtrariū eius qđ ille i theoretis suis affirmat.
 C. Iccirco isup centz epicycli nō erit i opposito augis
 deferētis: nō eni ē i lineā. n. l. q̄tūlibet cōtinuata. V. Il
 lud quoq; sniam eiusdē destruit aptissime: dixit nāq;
 cētrē epicycli dū i capite lineæ cōtigētis eēt i opposito
 quoq; augis eccētrici existere. C. Quod si cētrē eccē
 trici deferētis i pūcto cōtactus positū fuerit ubi q̄so
 cētrē epicycli repiet. V. In lineā rectā q̄ a cetro eccētri
 ci p cētrē æq̄ntis educes: cētrē quoq; epicycli erit. Cu
 ius rei ueritatē figuratio declarabit: disposita eni ut
 prius lineā. a. c. cū puo circulo & lineā cōtigēte eū i pū
 cto. h. ducat semidiameter ipsius parui circuli. f. h. &
 chorda. g. h. ponaturq; angulus. a. g. k. æqlis angulo. a.
 f. h. p ducta lineā. g. k. i definite longitudinis: quo de
 mū fieri oportet: ut cetro eccētrici existēte i pūcto. h.
 cōtigētia cētrē epicycli sit i lineā. g. k. Quū autē lineā.
 n. h. cōtigat circulū paruū erit p decimā septimā tertii
 angulus. f. h. n. rectus: descriptoq; circulo p imagina
 tionē sup. g. cetro secūdū q̄titatē lineæ. g. n. circūferētia
 eius ibit p punctū qdē. f. ppter æqlitatē duarū linearū.
 g. n. & g. f. p punctū aut. h. ex cōuerfa trigēsimā tertii:
 āgulo. h. recto existēte. quāobrē & lineā. g. h. erit semi
 diameter eiusdē circuli æqlis semidiametro. g. f. q̄ etiā
 æqlis est ipsi. f. h. triāgulus ergo. f. g. h. erit æqlaterus &
 ideo angulus. f. g. h. æqlis erit angulo. g. f. h. sed angu
 lus. g. f. h. cū angulo. a. f. h. simul æqles sūt duobus re
 ctis per teritiādecimā primi: q̄re & p cōem sciam duo
 anguli. f. g. h. & a. g. k. ualebūt duos rectos: atq; iccirco
 q̄rtadecima primi rōcināte duæ lineæ. h. g. & g. k. si
 bi directe cōiūgūtur: & sūt una lineā. C. Quā pulchre
 certiorē me reddidisti de eo quod quærebā: unde ite
 rū sentētiā huius hoīs cōfutare poterimus. Sed reliq̄
 lectæ litteræ salua ne sunt oīa. V. Inmo iēpta sunt &



frivola. Quādiu enim inquit centzꝝ epicycli erit in isto arcu deferentisqꝫ est inter
 duo pūcta uel capita lineazꝫ cōtinentiū qꝫ capita sunt pꝫinꝫ opposito augis æquā
 tis: semp erit: in opposito augis deferentis & reliqꝫ. C. Velle audire qꝫ nā rōne illud
 destrueres? V. Resume igi lineā. a. c. cū paruo circulo & duabus lineis rectis eū cō
 tingentibus iter qꝫ itelligat centzꝝ epicycli in parte oppositi augis æquātis. uerbi
 grā i pūcto. k. ducaturqꝫ lineā recta pꝫ ipsū. k. pūctū & centzꝝ mūdi secās circūfe
 rentiā parui circuli in pūcto. l. Si igit ut ille autumat centzꝝ epicycli est i opposito
 augis eccētrici: necesse est cētzꝝ quoqꝫ eccentrici deferētis i lineā. k. l. repiri. C. Ne
 mo ificias ibit: necesse enī ē spꝫ hęc qꝫ tuor pūcta: augē eccētrici cētzꝝ eius & cētzꝝ
 mūdi atqꝫ oppositū augis i una cōtineri lineā recta. V. Centzꝝ autē eccētrici circūfe
 rentia parui circuli nunqꝫ deferit: quāobrē centzꝝ eccē
 trici deferētis i pūcto. l. necessario cōstituet. C. Quid
 tū postea? certa sūt enī qꝫ cūqꝫ assumis. V. Audies cōti
 nuo si prius centzꝝ æquātis cū centro epicycli pꝫ lineā.
 g. k. copulaueris. C. Factū. V. Iā syllogismū paulo supi
 us factū resumēs cōcludo lineā. n. l. Iōgiore eē semidia
 metro pꝫi circuli. f. l. atqꝫ iccirco angulū. l. f. n. angulo
 f. n. l. maiore qꝫ āgulus. f. n. l. quū sit æqlis. k. n. c. angulo
 cōtra posito: & ille qꝫ dē extrisecus ad triangulū. g. k. n.
 angulo itrinseco. k. g. n. maior phibet: erit ob eā rē cōi
 scia itercedente āgulus. l. f. n. maior ipō angulo. k. g. n.
 ac demū angulus. a. g. k. socius anguli. k. g. n. maior eē
 cōuicēf āgulo. a. f. l. Nā siā qꝫ titatibus æqꝫibus iāqꝫles
 abstuleris: residuū maioris ablata minus erit residuo
 minoris. C. Certū id accipio. V. Nō igit æque ueloci
 ter mouebant: centzꝝ qꝫ dem epicycli respectu centri
 æquātis: centzꝝ autē deferentis respectu cētri parui cir
 culi: quod est scōueniens & cōtra unanimem oīum
 astronomozꝫ sniam. C. Pulchre admodū iēptias hu
 ius hois detexisti. Quæ tātā tāqꝫ crebræ præsertim i
 Mercurio fuere: ut reliqꝫs omnes assertiūculas suas cō
 taminare uideant: multo autem iustius cōmentato
 res omnes despiciendos censeo: qui me atqꝫ alios plurimos iā diu suis nebulis ac
 deliramentis inique remorati sunt. Sed qꝫ respōderes obsecro rōni quā ex æqua
 litate motuum centri epicycli ac cētri deferentis elicere conat? V. Quid. nā aliud
 dicerem nisi qꝫ hec sua argumentatio nullā formam habens neqꝫ locum sicut de
 centro mundi nihil assumit: ita quicqꝫ de ipso cōcludere nequie. Nā haud aliter
 i ferre liceret centzꝝ epicycli & centzꝝ deferentis esse semper in una lineā recta cū
 quolibet alio pūcto lineā. a. c. C. Aliud ne tenes de hac re pferendum? V. Iā id
 satis est. C. Ergo ad locum ordo me ducet qui initio cōfabulationis nostræ ani
 mum pulsauit meum. V. Quæ res est? C. æquationes inquit argumentozꝫ quæ
 d iiii



scribunt in tabulis sunt æquationes ac si semper fuisset centz epicycli in interse
ctiōe circuli æquātis cū deferēte: & paulo īserius. Quare oportet: inq̄ q̄ tria pa
ria sint minutoz pportōaliū scilicet minuta pportōalia ad lōgitudinē lōgiorē:
& sūt excessus lineæ exeūtis a cētro terræ ad cētrū epicycli ip̄o existēte ī auge dese
rētis ad lineā exeūtē ab eodē centro terræ ad īterfectionē circuloz: excessus dico
diuisus ī .lx. ptes. Quid de his uerbis tibi uisū est? V. æq̄tiōes argumentoz ī tabu
lis scriptæ nō sūt ad huiusmodi īterfectionē circuloz cōputatæ quæ admodū ip̄e
dicit: uez potius sc̄dm mentē Ptolæmei ad eū sitū cētri epicycli ubi distātia eius
a cētro mūdi æq̄lis est semidiametro deferētis: quā ip̄e ī .lx. æquas ptes more suo
diuisit. Nā si recte numeraueris æq̄tio argumēti maxima quæ accidit centro epi
cycli existēte in p̄dicta ītersectōe. xxi. gradus & .xxv. minuta nō excedit: ea aut̄ quā
habēt tabulæ. xxii. gradus & duo minuta cōplectit̄. Dū enī centz epicycli ab au
ge æquātis medio cursu suo distat per gradus. lviij. & minuta. xx. fere: ipsū cōsti
tuit in ītersectōe circuloz deferētis & æquātis. Tūc aut̄ distātia eius a cētro mū
di habet partes. lxi. q̄les. lx. sūt in semidiametro deferētis & īsup minuta. xxxvii.
unius partis. Hæc oīa q̄sq̄ sc̄iam triāguloz planoz habēs facile cōfitebit̄. C. De
minutis aut̄ pportōalibus qd̄? V. Dupl̄ peccat: partim qd̄ q̄ ipsa minuta ppor
tionalia p̄ excessus lineæz ueluti ī aliis planetis: nō æq̄tionū argumēti maxime
siue relatiuaz cōsiderat: partī uero q̄ sitū epicycli in ītersectōe supra memorata
ī hisce minutis pportōalibus extrahēdis obseruat: cū ī eo situ potius statuēdus
sit epicyclus ubi a cētro mūdi. lx. memoratis p̄tribus remouet̄: & ad æq̄tiōes ar
gumētoz ibi cōtigētes referēdæ sint binæ æq̄tiōes: quæ ī maxima & minima cē
tri epicycli a cētro mūdi distātiis accidere solēt. Sed hæc ī breuiario nō abūdius
explanata sūt. Quo aut̄ pacto triplīcia minuta pportōalia Mercuriū h̄c ītelligē
dū sit Georgius meus Purbachius ī theoricis suis luculētissime docuit. Sed satis
iā circa Mercuriū luisse uidemur. Nūc ulterius p̄cedēdū cēseo. C. Sane illud præ
terire nō libet quod paulo īserius sentire uidef̄: tres lineas æq̄distare: q̄z una q̄
dē ex cētro eccētrici Solis p̄ centz Solis: alia uero a cētro æquātis Veneris p̄ cētrū
epicycli sui icedit: tertia aut̄ quā uocāt lineā mediī motus. Illud enim nō nisi bis
ī anno solari accidere ex his quæ ad Mercuriū sup̄ius disseruisti cōcludit̄. V. Re
cte qd̄. Ad sequētia demū legēda aīum adhibe. C. Plana uident̄ oīa. V. An illud
silētio prætereūdū arbitraris: ubi Minuta casus īquit dicunt̄ minuta cæli quæ
p̄trāsīt Luna a p̄cipio usq̄ ad mediū eclipsis: si nō obscurat̄ tota & reliq̄. C. Hæc
tu diffinitionē asp̄nabere? Nunq̄d p̄ suo q̄sq̄ arbitrato rē diffinire p̄ot̄? V. Primis
qd̄ artiū traditoribus id facere licet: cōmentatoribus aut̄ siue seq̄cibus minime
quinimo auctori primario & diffinitōes suas cōformare debēt & sn̄as. C. Ptolæ
meū fortasse imitari debuit? V. Nō mō Ptolæmeū: uez etiā alios q̄ minuta casus
diffiniūt ea quæ p̄trāsīt luna a p̄cipio usq̄ ad mediū eclipsis superādo Solē ī ecli
psi qd̄ p̄ticulari: in eclipsi aut̄ uniuersali ab initio eclipsis usq̄ ad p̄cipiū totalis
obscuratōis: ita q̄ minuta casus ītelligant̄ esse excessus ille quo motus Lunæ ue
rus ī t̄pe huiusmodi sup̄at motū Solis uez: nō ip̄e motus lunæ simpl̄. Hæc dist̄

28


